

Del coll. de la Compa de Jesus de Granada
B. 8

GASPARIS GRAFAR
SACRAE THEO
LOGIAE APVD LOVANIENSES
LICENTIATI, ET IN SALMANTI-
CENSIVM ACADEMIA MAGISTRI,
in eademque publico minere sacro-
rum Bibliorum professoris, in
MICHEAM Prophetam
Commentaria.

BZ-8673



Cum Licentia & Priuilegio.

SALMANTICAE
Excudebat Mathias Gastius.

1570.

Esta tassado en dos reales y medio.¹

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14

*Del coll. de la Compa de Jenu de granada
B.º*

**GASPARIS GRAFAR
SACRAE THEO
LOGIAE APVD LOVANIENSES
LICENTIATI, ET IN SALMANTI-
CENSIVM ACADEMIA MAGISTRI,
in eademq[ue] publico minere sacro-
rum Bibliorum professoris, in
MICHEAM Prophetam
Commentaria.**

PZ-8673



Cum Licentia & Priuilegio.

SALMANTICAE
Excudebat Mathias Gastius.

1 5 7 0.

Esta tassado en dos reales y medio.

Licencia.

DON Philippe por la gracia de dios, Rey de Castilla, de Leon, de Aragõ, de las dos Sicilias, de Hierusalem, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valécia, de Galicia, de Mallorcas, de Seuilla, de Cerdéña, de Cor doua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los Algarues, de Algezira, de Gibraltar, Duque de Milan, Cõde de Flan dres y de Tirol, &c. Por quanto por parte de vos el maestro Gaspar de Grajar cathedratico de Biblia, en la universidad de Salamanca, nos fue hecha relacion, diciendo: que vos auiaades escripto vnos comentarios sobre el propheta Micheas, en que auiaades passado mucho trabajo, attento, a lo qual, y a que era obra muy prouehosa, nos pedistes y suplicastes, vos mandassemos dar licencia para lo poder hazer imprimir, o como la nuestra merced fuese: lo qual visto por los del nuestro consejo: por quanto enel dicho libro se hizieron las diligencias que la prematica, por nos agora nueuamente fecha dispone, fue acordado, que deviamos mandar dar esta nuestra carta en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien: por la qual vos damos licencia y facultad, para que por esta vez, podays hazer imprimir el dicho libro, de que de su se haze mencion enestos nuestros reynos y señorios, sin por ello caer ni incurrir en pena alguna. Y maldamos que la dicha impreision, se haga por el dicho libro original, que van rubricadas todas las hojas, y firmado al fin del, de Iuan Fernandez de Herrera nuestro escriuano de camara, de los que residen enel nuestro consejo, y que despues de impresso, no se pueda vender ni venda, sin q

Licencia.

primero se trayga al nuestro consejo, juntamente con el dicho original, para que se vea, si la dicha impresiō, esta conforme a el, y se os de licencia para lo poder vender, siendo ante todas cosas tassado por los del nuestro consejo, el precio a que se ouiere de vender cada volumen, so pena, de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha prematica y leyes de nuestros reynos, y mas de la nuestra merced y de diez mil marauedis para la nuestra camara, dada en Madrid a catorze dias del mes de Dezember, de mil y quinientos y sesenta y nueve años.

D. Cardinalis

Segunt.

El Licenciado

Morillas.

El Doctor Gaspar
de Quiroga.

El Licenciado

Menchaca.

El Licenciado

Pero Gafco

El Licenciado don
Antonio de Padilla.

Yo Iuan Fernandez de Herrera, escriuano
de camara de su Magestad, la fize escriuir
por su mandado, con acuerdo delos del
su consejo.

El Rey.

Por quanto por parte de vos el maestro Gaspar de Grajar cathedratico de Biblia en la vniuersidad de Salamanca, nos fue fecha relacion diciendo que vos auiaades compuesto vnos Commentarios sobre el Propheta Micheas, en el qual auiaades passado mucho trabajo, atento a lo qual nos pedistes y suplicastes vos masdassemos dar licēcia y facultad para que lo pudieles hacer imprimir y vender con priuilegio por quinze años, o como la nuestra merced fuese lo qual visto por los del nuestro consejo. Y como en el dicho libro se hizo la diligencia que la pragmática por nos agora nueuamente fecha dispone, fue acordado que deviamos mandar dar esta nuestra cedula en la dicha razon. E nos touimos lo por biē por la qual vos damos licēcia y facultad a vos el dicho maestro Grajar, para que vos o la persona que vño poder especial para ello tuuiere e no otra alguna podays hacer imprimir y vender el dicho libro que de suſo se haze mencion en estos nuestros reynos y ſeñorios por tiempo y espacio de diez años cumplidos primeros ſiguientes que ſe quenten desde el dia de la fecha desta nuestra cedula en adelante ſopena que qualquier persona o personas que ſin tener para ello vuestro poder lo imprimieren, o vendieren, o hizieren imprimir o vender pierdan toda la impresion que hizieren, o vendieren, y los moldes y aparejos della y mas incurran en pena de cincuenta mil marauedis por cada vez q̄ lo contrario hiziere la qual dicha pena ſea la tercia parte para la persona que lo acuifare y la otra tercia parte para el juez que lo ſentenciare, y la otra tercia parte para nuestra camara y fisco, con tanto que todas las vezes que lo ouieredes de hazer imprimir durante el tiēpo de los dichos diez años lo traygays al nuestro consejo juntamente con el original que en el fue viſtō que van rubricadas todas las ojas & firmado al fin de Iuan Fernandez de Herrera nuestro secretaario de camara de los que residen en el nuestro consejo para

que se vea si la dicha impression esta conforme a el, y se os de licencia para lo poder vender tassando en el nuestro con fejo el precio a que se houiere de vender cada volumen sope na de caer e yncurrir en las penas cõtenidas en la dicha pragmatica y las de nuestros Reynos y mandamos a los del nuestro consejo y a otras cualesquier justicias destos nuestros Reynos y señorios que guarden cùplan y executeun y hagan guardar cumplir y executar esta nuestra cedula, y lo en ella contenido. Fechada en Daymiel a doce dias del mes de Junio , de mil y quinientos y setenta años.

Yo el Rey.

Por mandado de su Magestad
Antonio de Eraso.

YO Iuan Fernández de Herrera Secretario del consejo de su Magestad, doy fe, q̄ ha viendo se visto por los señores del, vn libro hecho sobre el Propheta Micheas, que con su licencia hizo imprimír el maestro Grajar le dieron licencia para q̄ pudiesse vender cada volumen de los del dicho libro de la dicha impresiō en papel en dos reales y medio cō q̄ antes y primero que lo vēda imprima en la primera hoja este testimonio de tassa, y porque dello cōste di la presente fee, q̄ esfecha en Madrid a veinte y dos dias del mes d Junio d mil y quiniétos y setéta años.

Iuan Fernandez
de Herrera.

Ad lectorem.



Onsiderans, lector optime, haud mediocrem vtilitatem in publicum Ecclesiæ vsum sacrarum litterarum studiosis, atque Euangelij concionatoribus cum afferre posse, qui vatum illorum (quos ob scripturæ breuitatem, qua sunt vñi, minores appellare consueuimus) recondita archana atque illustria mysteria, quibus plurimum abundant, reserare clare atque apertè conantur: è maximè quòd tam paucā aut ferè nulla in illos commentaria extent, in hoc labore ocium & studium apud me statui collare. Aliquem ergo illorum cùm mihi eligendum esse censerem, quem in publico atque frequenti totius orbis gymnasio auditoribus breuiac dilucida explanatione illustrarem: Micheam multis magnisque de causis, quas ne te morer, prætermitto, selegi. Cùm autem ab auditoribus & audiè fuscipi quæ à nobis dictarentur, & probari animaduerterem: haud inanem

me operam nauasse sum arbitratus: vltimā
ergo nostris laboribus manum imponere hi
contēderūt, qui apud me & amicitia & dig-
nitate plurimum poterant. Et eò libentius id
sum aggressus, vt vel degustationem aliquā
nostrorū laborum studiosis traderemus. Et
licet multa sc̄e offerrēt, quæ n̄c ab incepto
dehortarentur, illa tamen non tantum apud
me valere potuerunt, vt importunis auditō-
rum precibus & amicorū assiduis efflagita-
tionibus non cederem. Hæc ergo qualiacun
que commentaria in publicum damus: quæ
si à viris doctis haud improbari intellexeri-
mus: multa alia, quæ et longo v̄su, assidua cu-
ra, atque studio recondita habemus, bene-
uolis lectoribus communicabimus. Te inte-
rim velim admonitum, interpretationem
illam quæ in Biblij à Roberto imp̄ressis, cū
commentarijs Vatabli circumfertur: me no-
mine semper vatabli citasse: quia n̄ se offre-
rebataliud nomen quo clarius indicari pos-
set. Vale.

INDEX VERBORVM
& sententiarum quæ in hoc
volumine continentur. A, pri-
mam, B, vero secundam
indicat paginam.

- A Nathema esse quid. fol.83.a
Ambulare in nomine alicuius. fol.115.b
Apostolis accommodantur aliqua, quæ de Christo
dicuntur. fol.143.b
Apostoli dicuntur leones, dicuntur ros. fol. 143.b
Aquilarum similitudinibus vtitur scriptura. fo.55 a
Astrologi arroganter sibi diuinationem arrogant.
fol.95.a
Auaritia ignis appellatur. fol.188.b
B.
Baptizari est mori cum Christo. fol.87
C.
Concionatores successere loco prophetarū. fo.75. b
Cogitationes male fugienda. fol.58.a
Carmeli nomine quid. fol.209.b
Cæremoniæ exteriores multum iuuant ad religio-
nem. fol.158.a
Comminationibus quare vtatur Deus. fol.63.a
D.
Deus quis sit, maxime ostenditur parcendo pecca-
tis. fol.211.b
Deus ex malis nostris elicit bonum. fol.27.b
Deus omnia tentat antequām pœnas sumat. fo.32.b
Deus sub cōditione bona promittebat Iudeis. f.12.a

INDEX.

- | | |
|--|--------------------------|
| Deum non mutari cum afficit supplicij. | fol.9.b |
| Deus mala inducit propter peccata. | fol.11.b |
| Deus non est causa peccati. | fo.64.a. |
| Deo tribuit scriptura opera secundarum causarum. | |
| fol.26.a. | |
| Deus nihil prætermittit, quod nostræ saluti conueniat. | fol.90.a |
| Deū auertere manū à nobis maximū malū. | fo.191.a |
| Dies iudicij dies visitationis dicitur. | fol.198.a |
| Dies in singulari & plurali quid. | fol.5.a |
| Dies nouissimi qui. | fol.100.b.& fol.103.a |
| Descendere Deū quid. | fol.17.&.18.fo.20.fo.50. |
| Dæmones an delectationem capiant ex nidoribus sacrificiorum. | fo.161. |
| Diuinatio malum sonat. | fol.97.b |
| E. | |
| Ecclesia mons appellatur. | fol.106.a. |
| Ecclesiam visibilem esse. | fol.106. |
| Excelsa quæ appellat scriptura. | fo.24.a |
| Ecce quid. | fol.16.b |
| Egredi Deum quid. | fol.17.a |
| Euangelistæ de sensu potius quam de verbis sunt solliciti | 130.b |
| F. | |
| Filiij Israel duplices. | fo.136.b |
| Fides pro veritate. | fo.214.b |
| G. | |
| Gath. | fo.43.b |
| Galgal locus abominatus à prophetis. | fo.155.b |
| Gentiles appellabant Serui. | fo.154.a |
| H. | |

INDEX.

- | | |
|---|---------------|
| Hebraici codices incorrupti. | fo.47.a |
| Hominū immolationes plurimē apud gētes. | f.180.a |
| I. | |
| Irasci Deum amoris signum maximum. | fol.204.b |
| Iram Dei quibus verbis explicit prophetæ. | fo.18.a |
| Iræ affectus non prorsus prohibetur. | fo.203.b |
| Irasci Deum quid. | fo.203.b |
| Idolum pro templo. | fo.31.b |
| Judicium quid. | fo.89.fo.182. |
| Israelitas filios nominat Deus. | fo.152.b |
| L. | |
| Lex commentariorum quæ sit. | fo.148.a |
| Legem in æternum duraturā quid sibi velit. | f.111.b |
| Legem aliam à priori distincta dādam esse. | fol.111.a |
| Liber vitæ quid. | fol.83.a |
| Lugentium affectus qualis. | fol.43.b |
| M. | |
| Micheas ex qua tribu fuerit. | fol.3. |
| Mali quæruntur de Deo. | fo.63.a |
| Mala irrogantur à Deo ut resipiscamus. | fo.190.b |
| Malum duplex. | fo.64.b |
| Malis & reprobis vtitur Deus tanquam ministris. | |
| fo.124.b. | |
| Mala quæ patimur quando satisfactionis rationem
subeant. | fo.205. |
| Misericordia plurimum commendatur. | fol.184.b |
| Misericordia & veritas simul ponuntur. | fo.214.b |
| Montium nomine quid. | 47- |
| N. | |
| Nomina ppria pro appellatiis, aut appellatiua pro
proprijs | |

INDEX.

- proprijs vertere vitium est interpretis. fol. 40.a.
 Nomen Dei quid. fol. 138.b
 Numerus singularis pro plurali. fo. 28
 O.
 Omnem terram appellat scriptura illam regionem
 de qua loquitur. fol. 7.b
 Omnis, partē multitudinis significat interdū. f. 107.
 Ques quare dicamur, fol. 208.
 P.
 Prophetæ alludere solent ad voces. fo. 42.b
 Prophetæ statum hominum volentes explicare di-
 cunt aliqua quæ non congerunt. fo. 19.b
 Prophetæ abundant hyperbolis. fol. 111
 Prophetæ poetarum more loquuntur. fo. 18.b
 Prophetæ ad inanimata conuertuntur. fol. 8.
 Prophetæ non perpetuo tempore spiritum prophé-
 ticum habebant. fol. 9.
 Prophetæ dicuntur videntes. fol. 1.
 Prophetæ proprium est futura prospicere & in eis
 non allucinari. fol. 79.
 Prophetæ his solatium præbent quibus acerba fue-
 rint vaticinati. fo. 116. fo. 85. fo. 129.
 prophetæ sub rebus carnalibus suas obscurant pro-
 phetias. fol. 118.
 Pseudoprophetæ multi semper fuere. fol. 93.
 Pseudoprophetæ silentium imponebant veris pro-
 phetis. fo. 76.b
 Pseudo prophetæ felicia semper annuntiabāt. fo. 70
 Permissionem Dei actionem appellare solet scri-
 ptura. fo. 25.b
 Personarum mutatio frequēs apud prophetas. f. 34.

INDEX.

- Porta populi mei quare sic dicta. fo. 38.b
 Portæ Hierusalem erant duodecim. fo. 39.
 Populorum nomine quid. fo. 7.b
 Promissiones Dei quibus fierent. fo. 75.
 Parabola quid. fo. 67.b
 Parturiendi verbo quid. fo. 123.
 Pax duplex. fol. 113.
 Pax summa in Christi Natiuitate. fol. 113.
 Præteritum tempus omne tēpus includere. f. 162.b
 Pœnitentia quid agat in nobis. fol. 205.
 Pastorem Deum appellat scriptura. fo. 208
 Peccatum remissum an persequens peccatum, quo
 ad reatum reuerti soleat. fo. 213.
 R.
 Reges Iuda appellabantur etiā reges Israel. fol. 52.b
 S.
 Scriptura de Deo humano more loquitur. fol. 16.b
 Scripturæ loca quæ videntur asserere Deum nō cle-
 eti ad misericordiam, quomodo sint intelligen-
 da. fo. 92
 Scripturæ licet aliquid addere explicandi gratia.
 fol. 134.
 Scriptura ad hominum existimationē frequenter
 loquitur. fo. 204.b
 Saturno immolabantur apud Carthaginenses filij
 principum. fo. 179.
 Similitudinibus vtitur scriptura frequenter. fol. 35.
 Sanctificandi verbum quid. fol. 94.
 Stillare quid: fol. 75.b
 Sancti dicebantur omnes Christiani. fol. 194.b
 Sanctitas

INDEX.

Sanctitas quid.	fo.195.
Sacrificia legis in triplici differentia erant.	fo.159.
Sacrificia legis quare à Deo præcepta.	fol.160
Sacrificium duplex.	fo.170.b
T.	
Templum appellabatur locus, in quo erat arca.	f.16.
Templum quot partes haberet.	fo. 15.
Templum soli Deo dicatur, & non sanctis.	f.109.b.
Tempa nominibus sanctorum appellare semper fuit in vsu.	fol.110.
Tyrannis vtitur Deus, tanquam ministris.	fol.21.
fol.25. fol.27.	
tyranni peccantes, Deus tamen vtens illorum ope ra non peccat.	fol.27.
Tondere caput in ecclesia quare admissū.	fol.54. b
Tyccum Sophrim Thalmudica somnia esse.	f.47.b
V.	
Verbum Domini nunquam est factum, nisi ad bo nos.	fol.3.
Verbum Domini factum esse ad aliquē quid.	fo.2.b
Verbum Domini primum Abraham, ultimo Ioan ni Baptista est factum.	fo.3.
Verbum Dei esse venale causa est multorum malo rum.	fo.98.
Væ, particula quid.	fo.57. fol.194
Virgæ nomine quid.	fol.208.
Vltra quid.	fo.114.b
Vt non semper dicit causam.	fo.193.
Visitare quid.	fo.198.

D. IOANNIS FONSE
CA ET VIETMA D. GASPARI
Grajario amantissimo, & singulari amicitia
sibi coniunctissimo, sacrorum Bi
bliorum professori S.

Mæonides celso bifidi stans vertice saltus,
Concinit Argivis Pergama adusta rogis.
Hinc et, Parthenope cuius complectitur ossa,
Mouit in Ausonios barbara bella duces.
Alter Musarum chorus, et Parnasia rupes
Cernitur, et sedeis alter Apollo regit.
Apparet sacra turba viri, saltusq; Syonis,
Queis mens fatidica præsidet arte potens.
Horruit has olim filias longæa vetustas,
Relligio terret numine sancta loci.
Tu solus, tu primus eris Grajarie, montis
Ardua dicēris qui petijisse sacri.
Ausus es æthereos saltus inuisere primus,
Liliaq; intactis carpere prima iugis.
Sacra Morabitis pandisti oracula vatis
Primus Alexicaco pectora mota Deo
Agredere ò reliquum veneranda volumina vatim
Auspicijs nitcant omnia culta tuis.

F R A N C I S C U S
S A N C T I V S B R O C E N-
fis Carissimo suo, Domino Gaf-
 pari Grajario sancti Iacobi de Pennal
 ua in ecclesia Asturicensi
 abbatii. S.

Carmine te vario celebrent, quibus inclita carmen
 Sollertemq; lyram, plectraq; Musa dedit:
 Ast ego difficilis, querulus, cui nil placet unquam,
 Cui meritò Aonides verba canora negant,
 Effundam veteres solito de more querellas,
 Deq; tuo ingenio pauculi amice querar.
 An magnum præstasse putas post tempora longa;
 Michæam paruum si dederis populis?
 An docti periære rogo monumenta laboris,
 Quæ vidi in pluteis multa latèrè tuis?
 Cur tanta inuidas orbi bona? sudor inanis,
 Et cassus labor, & cura iacebit iners?
 De locuplate penu profer noui, priscaq; donat
 Nec sacræ turbe sacra alimenta nega.

I N D E X L O C O R V M
 qui ab authore ex sacris Biblijs
 obiter explicantur. A, primam, B,
 verò secundam indicat
 paginam.

Ex Genesi.

- 3 P Vluis est. fol.45.b
- 4 Audite verba mea vxores Lamech. fol.9.a
- 6 Delebo hominem quem creauit. fol.33.b
- 8 Non addam vltra maledicere terræ. fol.115.a
- 11 Descédam & videbo. fol.17.b.fol.20.b.fo.26.a
- 18 Loquar ad Dñm cū sim puluis & cinis. fo.45.b
- 24 Omnia bona Domini in manu eius. fol.107.b
- 33 Transiuit Iacob in Salem. fol.40.b
- 36 Et parere vltra cessauit. fol.52.b
- 45 Dominus misit me ante vos. fol.1.26.b
- 47 Dies peregrinationis meæ parui & mali.fo.65.b
- 49 Que vétura sunt in nouissimis diebus.fo.102.b

Ex Exodo.

- 15 Omnipotens nomen eius. fol.139.a
- 32 Dimitte me delebo populum hunc. fol.63.b
- 32 Dele me de libro vitæ. fol.85.a

Ex Numeris.

- 23 Assumpta parabola. fol.68.b

Ex Iosue.

- 14 Adam maximus ibi sepultus est. fol.41.a

Ex libris Regum.

** Non

I N D E X.

- 7 Non addiderūt Philistim vltra venire. fol.105.a
 16 Dñs præcepit ei vt malediceret. fol.26.b
 4 Intellexit omnem parabolam. fol.68.b
 11 Suscitauit Dominus spiritum Philistim. fo.25.b
 17 Præcepit mulieri viduæ. fol.26.b
 3 Rex Moab filiū obtulit in holocaustū. fo.178.b
 6 Non addiderunt vltra latrones. fol.115.a
 8 Accepit omnia bona Damasci. fol.107.b
 18 Dñs dixit mulier accede ad terrā hanc. fo.26.b

Ex Paralipom.

- 5 Suscitauit spiritum Phul. fol.25.b
 7 Domū quā ædificaui tradā in parabolā. fo.88.a
 35 Aduersus aliam ad quam me ire præcepit Do-
minus. fol.26.b

Ex Iob.

- 1 Tonso capite corruens in terram. fol.55.a
 7 Ecce nunc in puluere dormio. fo.45.b
 12 Qui adducit consiliarios in stultū finē. fo.38.a
 19 In nouissimo die de terra resurrecturus sum.
fol.103.a
 27 Aquas ligauit in nubibus. fol.75.b
 39 Duratur ad filios suos. fol.37.a

Ex Psalmis.

- 1 Beatus qui non abiit via impiorum. fol.163.a
 31 Propter nomen tuum deduces me. fol.139.a
 42 Posuisti nos parabolam in gentibus. fol.68.a
 43 Posuisti nos similitudinem in gētibus. fol.44.b
 48 Exaltatum est nomen eius folius. fol.139.a
 49 Nunquid manducabo carnes taurorū. fol.161.a
 50 Et vincas cum iudicaris. fol.151.a

Holo-

I N D E X.

- 50 Holocaustis non delectaris. fol.160.b
 53 In nomine tuo saluum me fac. fol.139.a
 59 Dediti metuentibus te significatiōē. fol.63.a
 62 In matutinis meditabor in te. fol.63.a
 65 Probasti nos Deus. fol.26.b
 67 Qui ascendit super occasum. fol.87.a
 68 Factus sum illis in parabolam. fol.68.b
 72 Castigatio mea in matutinis. fol.59.a
 73 Posuerunt signa sua. fol.10.a
 75 Factus est in pace locus eius. fol.40.b
 77 Aperiam in parabolis os meum. fol.68.b
 78 Facti sumus opprobriū vicinis nostris. fol.44.b
 79 Posuisti nos in cōtradictionem. fol.45.b
 80 Dilata os tuum & implebo illud. fol.12.a
 91 Humilem & pauperem iustificate. fol.189.a
 104 Tange montes. fol.20.a
 143 Circumornatę vt similitudo templi. fol.15.a

Ex Proverbijs.

- 5 Qui iustificat impium. fol.189.a
 16 Pondus & statera iudicia Dñi sunt. fol.189.a
 30 Et laboris sui nō recordabitur vltra. fol.115.a

Ex Ecclesiaste.

- 1 Hanc pessimā occupationē dedit Deus. fo.65.b

Ex Esaiā.

- 1 In quo percutiam vos amplius. fol.190.b
 1 Quærite iudicium. fol.89.b
 1 Venite arguite me. fol.49.b
 1 Sanguinem arictum nolui. fol.162.b
 1 Heū, cōsolabor super hostibus meis. fol.33.b
 2 Non est finis thesaurorum eius. fol.62.a

Fluent
** 2

I N D E X.

- 2 Fluent ad eum omnes gentes. fol. 107.
 3 Erecto collo ambulauerunt. fol. 65.a
 3 Decaluabit verticem filiarum Sion. fol. 54.a
 4 Erit germen Dñi in magnificentia. fol. 106.a
 5 Iudicate inter me & vineam meam. fol. 150.a
 5 Spectabam iudicium. fol. 89.b, fol. 183.
 5 Væ qui iungitis domum ad domum. fol. 62.a
 6 Ecce ego mitte me. fol. 73.b
 10 Væ Aflur. fol. 33.b
 14 Habitabunt ibi struthiones. fol. 36.b
 14 Sumes parabolam cōtra regem. fol. 68.b
 15 In omnibus capitibus caluitum. fol. 55.a
 26 Egredietur Dñs de loco suo. fol. 18.a
 40 Mutabunt pennas sicut aquila. fol. 55.b
 42 Tacui filui sicut parturiens loquar. fol. 33.b
 47 Sede in puluere. fol. 47.b
 48 Propter nomen meum. fol. 139.b
 50 Ecce vos ignem accenditis. fol. 152.a
 52 Ecce seruus meus exaltabitur. fol. 106.a
Ex Hieremias.
 3 Insanabilis est furor tuus. fol. 37.b
 4 Vidi montes & fumigabūt. fol. 19.b
 6 Cōspergere cinere. fol. 45.b
 7 Templum Domini templum Domini. fol. 15.b
 7 Tonde Capillum tuum. fol. 55.a
 8 Non est refina in Galaad. fol. 122.a
 9 Vocate lamentatrices. fol. 69.a
 20 Seduxisti me Domine. fol. 73.
 21 Suscitauit spiritum Regum Medorum. fo. 25.b
 24 Dabo eos in opprobiū & parabolam. fol. 68.a

Asper-

I N D E X.

- 25 Aspergite vos cinere. fol. 46.a
 47 Venit caluitum super Gazam. fol. 55.a
 50 Habitabunt ibi struthiones. fol. 36.b
Ex Ezechiele.
 16 Operui ignominiam tuam. fol. 48.b
 27 Superiacient puluerem capitibus suis. fol. 46.a
 32 Nigrescere faciam stellas. fol. 19.b
 33 Sanguis eius super caput eius. fol. 14.a
 36 Propter nomen sanctum meū faciam. fol. 139.a
Ex Daniele.
 2 Reuelauit tibi ventura in nouissimis diebus. fol. 102.
Ex Osee.
 2 Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi. fol. 30.b
 5 Ego ego capiam. fol. 27.a
 9 Scitote Israel stultum prophetam. fol. 77.b
Ex Ioele.
 2 Sol & Luna obtenebrati sunt. fol. 19.b
 2 In nouissimis diebus effundam de spiritu meo. fol. 102.a
Ex Iona.
 2 Dicit Dñs cete vt euomeret Ionam. fol. 26.b
Ex Nahum.
 1 Montes compuncti sunt. fol. 147.b
Ex Abacuch.
 2 Super eum parabolam fument. fol. 68.b
 3 Contriti sunt montes seculi. fol. 147.b
Ex Sophonia.
 3 Non timebis malum vltra. fol. 115.a
 ** 3 Mini-

I N D E X.

Ex Matthæo.

- 5 Minimus vocabitur in regno cælorū. fol.133.b
- 5 Nisi abundauerit iustitia vestra. fol.58.a
- 10 Non veni pacem mittere sed gladium. fol.114.b
& fol.201.a
- 18 Væ mundo à scandalis. fol.66.b
- 23 Nolite vocari Rabbi. fol.14.b

Ex Marco.

- cap.vlt.In nomine meo dæmonia ejicient. fol.139.a

Ex Luca.

- 2 Sanctum nomen eius. fol.138.a
- 2 Gloria in excelsis Deo & in terra pax. fol.113.b
- 12 Cauete ab omni auaritia. fol.61.b
- 13 Succide eam, vt quid terram occupat. fol.63.b
- 19 Nō haberes potestatem supra me, nisi tibi data esset desuper. fol.27.a

Ex Ioanne.

- 20 Ascendo ad Deum meum. fol.138.b

Ex epistola ad Romanos.

- 1 Prædestinatus filius Dei in virtute. fol.139.b
- 1 Ira Dei reuelatur in euangelio. fol.204.a
- 2 Requiescis in lege. fol.98.b
- 9 Optabam esse anathema. fol.82.a
- 12 Rationabile obsequium vestrum. fol.172.b

Ex priori ad Corinthios.

- 2 Non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis. fol.140.a
- ii Propter angelos. fol.148.a
- ii Probet seipsum homo. fol.183.b

Ex secunda.

Deus

I N D E X.

- 1 Deus & pater Dñi nostri Iesu Christi. fol.138.b

Ex epistola ad Ephesios.

- 5 Dies mali sunt. fol.65.b
- 6 In die malo. fol.65.b

Ex priori ad Timotheum.

- 2 Volo viros orare in omnili loco. fol.175.a
- 4 Spiritus dicit, quoniam in nouissimis diebus. fol.103.b

Ex secunda.

- 4 Te ipsum saluum facies, & eos qui te audiunt. fol.14.a

Ex epistola ad Philemonem.

- Vincitus Iesu Christi. fol.27.a

Ex epistola Iacobi.

- 3 Nolite fieri plures magistri. fol.14.b

Ex prima Petri.


- 1 Paratam reuelari in tēpore nouissimo. fol.103.a
- 3 Venient in nouissimis diebus. fol.104.a

Ex prima Ioannis.

- 3 Ut filij Dei dicamur & simus. fol.78.a
- 5 Omnis mundus in maligno positus est. fol.65.b

Ex Apocalypsi.

- 2 Angelo Ephesinæ ecclesiæ dic. fol.148.a
- 21 Hierusalem habebat duodecim portas. fol.39.a



COMMENTARIA
in Micheæ prophetæ.

Cap. I.

*Verbum Domini, quod factum est
ad Micheam Morasthitem.*

ALI titulo suam insignit prophetiā author, hoc nomine liberum suum nominat, Verbum Domini] quo equidem verbo, qualem suis scriptis velit autoritatem tribui, facile colligemus: ea enim hic liber continet, ea in hoc libro author palam faciet, atque in medium proponet, non quæ somniauit ipse, nō quæ ex suo cerebro fixit, sed quæ à Deo optimo maximoq; & ipse didicit, & ab eo accepit, ut vaticinaretur. Vulgarē quidē est, & his qui in prophetis versantur, maximè notum: prophetas suas prophetias interdum visiones appellare, sicut apud Esaiam, apud Abdiam, apud Nahum, prioribus capitibus: Visio Esaiæ prophetæ: Liber visionis Nahum. Item apud Ezechiem: Visiones Dei. Et Ezechielis 7. Visionem requirent à propheta, atque inde prophetæ di

Aeti

C O M M E N T A R I A I N

Eti sunt videntes; vt habetur i. Reg. 8. cap. et
2. Paralip. cap. 16. & ad hoc alludens Ioan. 8.
Christus dixit, Abraham exultasse; vt vide-
ret diem suum, vidisse & gauisum fuisse: atq;
ideo tali nomine ipsam prophetiam nomi-
nant, vt eo & certitudinem & prophetiae ex-
cellentiam ostendant: quippe inter illa que
sentiendi facultate percipiuntur, nulla cer-
tiora esse videmus, quam que oculis sunt su-
biecta fidelibus. Vnde cum prophetia, co-
gnitio certissima sit, visio meritò nuncupat-
tur. Tum nam intersentiendi facultates, null-
la spiritualior cernitur vidēdi facultate. Cū
ergo prophetiaspiritualis sit cognitio, visio-
nis nomine meritò insignitur. Interdum etiā
verbum Domini, prophetias suas prophetæ
appellare solent, eò quod in illis, ipsius Dei
verba continantur, & non alterius. Sic Esaię
2. cap. Verbū quod vedit Esaias. sic Oseas. sic
Aggeus. sic frequēter repetit Ieremias: Ver-
bum Domini quod factum est ad Ieremiā. et
sic i. Reg. 3. dicitur: Erat pretiosus illis diebus
sermo Dñi, & nō erat visio manifesta. In quo
ioco his duobus nominibus sine discrimine
aliquo ipsa prophetia dicitur. Vnde non ad-
modum conuenire existimo, discrimē illud
quod

M I C H E A E. C A P. I.

2

quod D. Basil. in commen. super Esaiam cap.
2. constituit: inter has duas voces, quod tunc
prophetæ visionem appellēt, cùm de rebus
præsentibus illis est sermo: tum autem ver-
bum Domini, cum de rebus futuris sunt ha-
bituri sermonem. Si enim diligenter ipsos
euoluamus, sine discrimine aliquo his vti titu-
lis reperiemus: & verbum Domini appel-
lare, cùm de rebus presentibus agūt: & visio-
nes Dei, cùm de rebus futuris vaticinātur, ac
sine discrimine aliquo his vti vocibus. Asse-
rit autem propheta librum hunc, & prophe-
tiā esse, Verbū Dñi, & que in illo cōtinētur:
pro qua voce in Hebraeo habetur nomen il-
lud ineffabile Tetragrāmatō. τετραγράματον, quod om-
nipotēti Deo, & ei qui verè Deus est, semper
tribuitur, & non alteri. De quo cōquidēnoīe
cū tā multa passim à grauibus authorib⁹ sint
edita, filētio illa præterire decreui. Solū ad-
monere libuit, loca vbi multa reperiet diligēs
ac curiosus harū rerū indagator, de hoc
enī noīe satis differit Ioānes Reuchlinus For-
cēsis triū linguarū peritissimus, lib. 2. de ver-
bo mirifico. c. 19. & 20. & Petrus Galatinus
lib. 2. de archanis scripturæ sacre. c. 10. Quod
factū est] quo quidē verbo tū authoritatēm

A 2 suis

C O M M E N T A R I A I N

suis dictis maximam conciliat, tum seipsum plurimum commendat. Aliud est enim in scripturis sacris, ad aliquem loquitū fuisse Deum, & aliud factum fuisse verbū Domini, ad aliquem. Nusquam enim reperiemus factū fuisse verbum Domini, ad Moysen, aut Aaron, sed loquutus est Dñs ad Moysen, aut dixit Dñs Moysi, aut Aaroni, tum quia lex Mosaica sub conditione lata est, si audissent Dominum, & præcepta eius custodissent, futurum esse populu eius. Tum quia ceremoniae & sacrificia illius legis, finē erat habitura, & mutanda, ac reuocanda in aliud longe dignius, & sic nō decebat, vt cum illa afferebantur, diceretur, factū est verbum Domini, ad Moysen, nam cum hoc apponitur, fieri nequit, vt mutetur, aut reuocari possit, quod semel dictum legimus, fieri nequit vt nō eueniāt, aut veterāscat, aut infirmetur: Cælum & terra transibunt, verbum autem quod factum est transire nequit. Sic equidē sunt sumenda, ac si iam facta essent, & quia eiusmodi erant quæ à prophetis frequenter dicebantur, sæpius apud prophetas legimus verbū quod factum est ad talem, vel talem prophetam; & sic suscipi volebant quæ ab illis

M I C H E A E C A P. I.

3

illis sub isto verbo prædicebantur sine villa conditione, & quod nullo modo mutari possent, sed certissimè, euentura essent, ac si iam facta essent. Nō esse cōminationes sed aiētes prophetias, (& vt vulgò loquimur,) nō esse comminatio[n]es sed assertiuas. Tum seipsum commendat, nam si scripruras omnes euoluamus diligenter, nusquam reperiemus verbum Domini factū esse nisi ad sanctos & iustos homines Gen. 15. Primū, Abrahā dicitur est, cùm expostularet quod vernaculus hēres eius esset futurus, dicit scriptura: Factus est sermo Domini ad Abrahā: Nō erit hic hērestuus sed qui egredietur de vtero tuo. Vltimus etiam de quo hoc dicitur, Ioannes fuit, de quo Lucæ 3. dicitur: Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium. Ad malos etiam loquutus est Dominus sicut Gene. 4. ad Caim, & ad Balam quoq; loquutus est, Num. 23. Hoc ergo insinuat dum dicit: Verbum Domini quod factum est ad Micheam Morasthitem. Hæc autem verba Domini, siue hæc prophetia, ædita est à Michea Morasthite. Quod factū est, inquit, ad Micheam Morasthitem. Cùm enim legamus in scripturis 3. Reg. 22. Pro-

A 3 phetam

phetam alium Micheam dictum filium Ie-
nila vt intelligamus nō illum, sed alium hu-
ius prophetiæ extitisse authorem, tali se insi-
gnit cognomine, Morasthites, siue à familia,
siue ab oppido sumens cognomen, sicut &
multos legimus, à patria cognomen cępisse:
sic Helias, Thesbites est dictus. Sic Christus,
Nazarenus, sic Hieronymus Stridonensis di-
cebatur. Erat autem Morasthi (authore Hie-
ronymo) Palestinæ viculus, haud longè ab
Eleuet Heropoli, & adhuc sua ætate perstare
affirmat. Paraphrastes verò Caldeus Iona-
thas, vt in suis commentarijs refert, doctissi-
mus inter Hebræos R. David Kimhi, appella-
tum dicit à Morasthi, propter nomen vr-
bis suæ Marusa, siue Maresah, quam ciuitatē
dicit fuisse in tribu Iuda, sicut constat Iosue
15. Et licet D. Hieronymus solertissimus ha-
rum rerum indagator, nullam huius ciuitati-
tis mentionem faciat, sed solum Morasthi:
verùm maximam apud me his in rebus Iona-
thas habet autoritatem, cùm ante Christū
R. N. vixerit, & quem regionem illam cal-
luisse credere possumus. Vnde colligimus
prophetam nostrum ex tribu Iuda extitisse,
cùm vrbis Iuda ciuis extiterit. Quod etiam
ex alijs

ex alijs verbis eiusdem in hoc cap. colligunt
alij, cù eñ de calamitate illius gentis ageret,
Peruenit, inquit, vsq; ad Iuda, tetigit portam
populi mei, vsq; ad Hierusalē. Constat ergo
perperā Epiphaniū (siue quisquis fuit author
illius libri qui de vitis prophetarū eius no-
mine circūfertur) dixisse, illū fuisse ex tribu
Ephraim, nisi pro Epiphanio quis respōdeat
& ex alijs tribubus plures ad vrbes Iuda cō-
fugisse, cù regnorū diuisio est facta. Quis aut
hic ppheta fuerit, & de eius gestis, nihil cer-
ti habemus. Hoc aut̄ p certo, & in Synagoga
& in ecclesia Christi semper est habitū, eius
prophetiam à spiritu sancto fuisse profe-
ctam, & eam semper infallibilem authorita-
tem obtinuisse, quam libri canoci obtinere
solent. Et à Ieremias 26. propheta dicitur Mi-
cheas Demorasthi, fuit vir ppheta in diebus
Ezechie Regis. & in euanglio Matth. c. 2. Sic
scriptū est per prophetā: Et tu Bethleē Ephra-
ta. Illud etiā hic annotare libet, quod ex Hie-
ronymo sumptū est, sup Sophoniā. c. 1. quod
cù Micheas pris sui nomē nō apposuerit, mī-
nimè fuerit ppheta natus: tradūt, inquit,
Hebrei, cuiuscūq; pphetæ pater aut auus, po-
natur in titulo, ipsos quoq; prophetas fuisse.

C O M M E N T A R I A I N

Vnde & Amos vnuſ de duodecim prophetis, qui dixit: Nō ſum propheſta, nec filius pphete, ſed paſtor caprarū, vellicans ſic omo-ros, patris nomen in titulo non habet. Quæ autem Hiero. in præfatione philoſophatur, de nomine prophetæ atq; vrbis significatio-ne, ſuperuacaneum duxi in medium propo-nere: licet enim illuſtria ſint quæ circa illo-rum ſignificationem diſputat, & intelligam. Hebræos multū ſemper fuſſe ſollicitos cir-ca no minum im poſitionem, vt docet Eufe-bius Cæſariensis lib.4. de præparatione euā gelica.c.ii. & Ambro. ad Roma. i. Chryſoſt. homil.4. in Matth. Tamē quia parum cōdu-cere, mea ſentētia, vidētur ad noſtri prophe-tæ explicationem, ſilentio præterire decreui. Sic uacat, locum aſſignare ſat ſit, in quo hæc reperiet. Quo vero tempore propheſta vixerit, haud parūm quidem intereffe quis putet cognoscere, vt aſſertum eleganter vi-demus, à Laclantio Firmiano lib.4.c.5. (cuius verba ſunt) Ante omnia qui veritatē ſtu-det comprehendere, non modò intelligen-dis prophetarum vocibus animum debet in-tendere ſed etiam tempora per quæ quifq; illorum fuerit, diligentissimè inquirere, vt ſciat

M I C H E A E C A P . I .

5

ſciat, & quæ futura prædixerit, & poſt quo-annos prædicta completa ſint. Nec diſſicu-litas in hiſ colligendis in aliquibus in eſt vlla. Teſtati enim ſunt ſub quo quifq; Rege di-uini ſpiritus fuerit paſſus in ſtinctum: præter quam Iоel, Abdias, Jonas, Nahum, Abachuc & Malachias, atque inde hoc maximè conuenire quifque intelliget, quod plerosq; vi-deat, hanc adhibuiſſe diligētiā, vt hoc ſcri-ptis ſuis posteris diuulgarent. Sic ergo noſter Micheas quibus temporibus floruerit aſſignat.

In diebus Ioathā Achaz, & Eze-chiae Regum Iuda.

Factum est verbum Dñi ad Micheam, regnantibus hiſce regibus, nam diſtio Hebræa, ^{וְיָמִים}, cum in ſingulari diem ſignificet & interdum naturalem viginti quatuor ho-rarum, vt Gene. I. Factum est vesperè & ma-nè dies vnuſ: interdum tempus quo ſol eſt ſuper terram. Et ſic eodem cap. Vocauitq; Deus lucem diem: at, ^{וְיָמִים}, in plurali ſignifi-cat dies & annos, vt facile eſt videre apud Pagninum in theſauro linguaſ ſanctæ. Horū autem trium Regum historia atq; geſta. 4.

A 5 Reg.

Reg. describuntur, à cap. 15. & sequentibus.
 Placet autem, hic verba Hier. describere, qui
 bus ostendit, quem ordinem inter propheta-
 tas Micheas feruet: Factū est, inquit, Verbū
 Domini ad Micheam. post Oseā, Amos, &
 Esaiam, qui sub Ozia vaticinati sunt. Ex quo
 intelligimus, Micheam, Oziae tempori-
 bus non prophetasse, sed filij eius loatham,
 post quem regnauit Achaz, Ezechia in pa-
 tris Achaz imperium succedente: Sub quo
 decem tribus ab Assyrijs in captiuitatē du-
 ctæ sunt. Hæc ille. Quo autem tempore hæc
 euulgauerit prophetiam, colligi videtur Ie-
 remia 26. (vbi sic habetur) Surrexerunt ergo
 viri de senioribus terræ, & dixerūt ad omnē
 cetum populi loquentes: Micheas de Mora-
 sthim, fuit propheta in diebus Ezechiae Re-
 gis Iuda, & ait ad omnem populū Iudææ. c.
 3. dicens: Hæc dicit Dominus exercituū Siō,
 quasi ager arbitur, & Hierusalem in acerū
 lapidum erit, & mons domus Domini in ex-
 celsa siluarum, nunquid morte condemnau-
 it eum Ezechias, & omnis Iuda? & ita He-
 bræi assérut fuisse prophetiam hanc in die-
 bus Ezechiae regis Iuda. Nam licet sub alijs
 regibus etiam passus fuerit spiritus sancti in
 finitum,

finitum, verum hanc prophetiam regnan-
 te Ezechia vaticinatus est: atque ideo sic ve-
 hementer inuehitur, sic lugubri voce lamé-
 tatur, & animos audiētum cōmouet, quasi
 cladem & desolationem quam prædicebat,
 iam præ foribus adesse videret, cùm Sama-
 rię desolationē, cuius prius mentionē facit,
 sub eodē Rege Ezechia contigisse legamus.
 Est enim pro hac re consideratione dignum
 illud, quod adnotatū legimus à D. Chrysoft.
 super Esaiam. c. 2. Prophetas, & viros diuino
 numine afflatos, non cōtinuo tempore suas
 prophetias scripsisse, nec perpetuo spiritu pro-
 pheticō prædictos fuisse, sed aliquando pro-
 pheticum numen habebant, & aliquando il-
 lo priuabātur, quod scripturarum solerti in-
 dagatori facile erit videre, nisi velimus asse-
 rere, prophetam non semel atque iterū, sed
 frequentissimè, & sub prioribus Regibus,
 & sub Ezechia (vt mos est concionatori-
 bus) & suis popularibus, & auribus re-
 gum, eandem inculcasse prophetiā. Et ideo
 in hoc titulo haberí etiam sub illis regi-
 bus, factum esse Verbum Domini ad Mi-
 cheam.

Quod

*Quod videt super Samariam &
Hierusalem.*

Vnt autem huiusmodi regiae urbes, & duorum regnum Metropoles . Nam cum duodecim tribus sub vno cotineretur rege, & vni tantum parerent, Roboami tem poribus, in duo regna sunt diuisæ 3. Reg.12. & duæ tribus. scilicet Iuda, & Benianim, Regi Iuda parebant, cuius regni regia Hierusalem erat. Decem autem tribus sequutæ sunt Ieroboam, & postea Israëlis reges, quorum regia Samaria erat. De qua re Hiero. agit Ezechielis.27. & Origenes.lib.4. Periarchò. Vtrunque regnum complectitur hæc prophetia, nam & aduersus Israëliticum regnum vaticinatus est, quod intellexit Samariæ nomine, & aduersus regnum Iuda, quod etiam intellexit nomine Hierusalé, quod peculiariter huic prophetæ contigit. Nam cum ceteri prophetæ, de uno aut de altero regno prophetiam acceperint, Micheas verò de utroque vaticinatur: Samariæ autem priùs mentionem fecisse, quam Hierusalem , id Hieron. ideo factum fuisse placet, quia priùs fuit euersa Samaria, & propter plura mala & flagitia que in illa

in illa gente erant, quod inde colligere licet quia ab illis prius est scelerum sumpta punitione, vel quia prius de destructione Samariæ errat acturus, q̄ de Regno Hierosolimitano.

Audite populi omnes, & attendat terra & plenitudo eius.

Prophetæ hæc esse verba, & non Dei, inde colligitur, quia statim subdit: Sit Dominus Deus vobis in testem. Exorditur autem propheta veluti ex abrupto sermonē, vt sua exclamatione, maiorem concitet attentionē. Solent enim huiusmodi exclamationes, magis aures audientium arrigere, & eorum commouere animos ad attentionem. Sic de rebus magnis loquuturus Moyses Deutero. 32. Audite cœli, auribus percipe terra verba oris mei. Sic. Esaiæ cap. i. Audite cœli, auribus percipe terra. Sic ergo Micheas incipit: Auditte populi omnes. Cæterum an vniuerso orbi loquatur, & quotquot sunt in orbe populos ad audiendum inuitet, in dubium verti posset. An solum popularibus suis quos populos in numero plurali appellat, propter diuisionem duodecim tribuum, nā cum in duodecim tribus gens illa esset diuisa, sic etiam in

C O M M E N T A R I A I N

in duodecim populos diuisa esse videbatur: Nam prorsus à veritate alienum esse putamus, quod annotatum legimus, à Petro Galat.lib.5.cap.4.dicente: Nota quod vbi cūq; apud Hebreos ponitur dictio hęc יְמָן i.p. populi, in plurali numero, semper pro gętibus accipitur. Si autem consideremus, idiomę ēs se scripture sacre, authore Hieronymo super Esaiam cap.13. Omnem terram appellare illam prouinciam, de qua sermo est: & partem mundi, omnem mundū, vt adnotat Prosper lib.1.de vocatione gentium, ad Israelitas solum, & populares suos sermonem dirigeare apparebit: maximē cū tam frequens sit apud prophetas vti Synechdoche, & hoc ita esse colligit Kimhi: nam, Audite, non dicitur, nisi his qui prop̄e sunt, atque cū non omnes adesse possint ad audiendum, tamen omnes populi dixit (nam tali phrasis frequenter scriptura vtitur) quod multis in mediū pro latis locis ex Hebreo Rabinus docet, nos vnum aut alterum adducere contenti erimus Iob.17. Igitur omnes vos conuertimini, & venite dixit, cum ad tres vel quatuor loquetur. 3.Reg.22. Similiter dixit Micheas filius Iesla: Audite populi omnes. Terram etiam inui-

M I C H E A E C A P. I.

§

inuitat, vt attendat, quod Moysen fecisse, & Esaiam videmus, locis citatis, & cap.34. & Ieremiam cap.6. vt sit testis eorum que erāt dicenda, non desunt qui (methonimicōs) per terram habitatores, terrę intelligere velint, quibus nō multū est refragādum, sed placet magis prophetas velle inanimata in testes vocare, vt orationem amplifcent, & vehementiorem reddant: habet enim huiusmodi phrasis loquendi maiorem emphasię, & vigorē ad animos auditorum cōmouēdos, cum enim prophetæ homines adeò surdos videant, adeò obturare aures suas, ad ea quæ eis cōueniūt audiēda: cælū quantūcūnq; remotū, & terrā quātūcūnq; durā, & asperā, in uitātē: & id quod illis à natura negatū est, tribuūt, vt vehemētior sit expostulatio. De qua re vidēdus Chyfostomus homil.3.de penitētia. Cū enim propheta ille 3.Reg.13. Ierobōa mum videret idolis sacra facientem, non homines pios, neque ipsum Regem, sed altare insensibile, è lapidibus constructum, in hūc modum alloquitur: Altare, altare, hęc dicit Dominus. lapides alloquitur, quando homines multo lapidibus duriores sunt, nam alta re scissum est, verbis prophetę obtemperās, at ipse

COMMENTARIA IN

at ipse Rex durior est factus. Sic Ieremias 26.
 Terra, terra, audi sermonem Domini. Sice etiam Micheas: Attendat terra. Et inde sensus hic maxime conuenire videtur, ex verbis quae sequuntur. Et plenitudo eius: quo nomine cætera omnia, quibus abundat terra, & plena est, intellectissime videtur. Sic enim & alijs vertunt, Quicquid in ea est. Cum enim de populo illo frequenter legamus, Dominum expostulantem, quod cum multo manè surrexerit, cum toties vocauerit, audire renevit. Proverb. i. Vocaui & renevit, extedi manum meam & non fuit qui aspiceret. Ierem. 26. Misit seruos suos prophetas, consurgens diluculo, & non audistis, cap. 35. Ego locutus sum ad vos de manè consurgens, & non obdistis mihi. psalm. 80. Non audiuit populus meus vocem meam, & Israel non intendit mihi, & proverb. i. & Esaias 65. & 66. at vero nunquam legamus, aut cælum, aut terram, aut inanimata ipsa surdas prebuisse aures aut vnquam diuinis reluctata dictis ad inanima ta prophetæ conuertuntur. Parebant Christo venti & mare, quadriduanus Lazarus vna audit a voce, Lazare exi foras, continuo obté perauit: at homines, nec Christo cui tantum debent,

Math. 8.
 Ioan. xi.

MICHEAE CAP. I.

debent, etiam clamanti aures præbent, nec à turbidis scelerum tempestatisbus desistere volunt, quibuscumq; rupibus duriores, ipsaq; asperiores terra, nobis tam multa loquitur quotidie. Et cum tam multa audiamus, aut fugimus, aut magis, magisque obduramus corda nostra: hoc ergo prophetæ, cum animaduertant, terram & inanimata inuitant, ab eis postulant attentionem, certius habitu ros auditores, quā si solum homines inuitassent, legimus etiā aliquādo homines inuitare solitos, apud Ioelem. c. i. Audite hæc sēnes, & auribus percipite omnes habitatores terræ. sic Micheæ. Audite principes Jacob. At quod hic facit, & rem de qua est acturus, esse grauiorem, & vehementiorem indicat affectum. Illud etiam silentio prætereundum nō est, quod adnotatum à D. Hierony. legimus super Ioelem. c. i. hoc esse in omnibus scripturis sacris notandum, quod quando hæc duo verba ponuntur simul, non ad simplicē tantum verborum intelligentiam, sed ad reconditā pertinere, quod in Lamech, inquit legimus peccatore, qui loquutus est ad uxores suas: Audite verba mea vxores Lamech, aurib⁹ percipite verba mea. Sciebat obscura Gene. 4.

B esse

*Genesis. 30
Psalm. 94*

C O M M E N T A R I A . I N

esse quę loquebatur, idcirco vxores suas nō ad simplicem tātum verborum sonum, sed ad reconditam quoq; dictorum intelligen-
tiā prouocabat: cogimur ergo, nō solū quę sensum ipsa exterius verba faciāt rimari, sed & vltierius inquirere, quorū sum propheta sic tragicā quadam vtēs exclamatiōne, omnes prouocet, & quicquid in terra est ad audiendū. Quid inquam recōditi sensus, hęc verba habeāt. cūm prāuideret propheta, a Deo esse decretum, populum Israeliticū in captiuitatē ducendum, & à tyrannis principib⁹ graūiter atq; miserè affligendum, ne forsan impij, & insani homines, in hāc laberentur insaniam, vt afferere auderent, Deum illius gentis, infirmum, ac inualidum fuisse, nec liberare potuisse populum suum: quod à Rapsace dictū legimus, Esaiæ 36. Nūquid poterit vos liberare Deus vester, ex manibus Sennacherib⁹ non potuerūt dij aliarum gentium, suos liberare ab inuicta nostri exercitus potentia, & confiditis in Deo vestro? Cū ergo vereretur propheta, ne aliqui dicerēt, vbi est Deus eorum? aut vbi est illa fortitudo Dei, quę eos eduxit ex Aegypto? vel Deū corūcū eiselle captū sicut obiecisse videmus

Psa. 77.

M I C H E A E C A P . L 10
in Octauio Minutij fœlicis, vt p Deo respō deat, populos & terrā, & quicquid in ea est, ad audiendum conuocat. Cum enim viri sancti animaduertant, & Deum sui honoris maximi curam habere, & gloriam suam alte ri nolle dare, atque ideo fateri, se interdum à furore iræ suæ cessare, neque supplicium condignum semper de populo sumere: ne blasphemaretur nomen suum, quod dixit Esa. 46. & ne fortè superbirent hostes eorū, & dicerent: Manus nostra excelsa, & nō dñs fecit hęc omnia, Deut. 22. quod regius vates intelligens dicebat psal. 73. Vt quid Deus repulisti in finē, iratus est furor tuus contra oves pascue tuę? atq; sic furorē Dñi placare conabatur: Gloriati sūt, dicehat, qui oderūt te, in medio solēnitatis tuę posuerūt signa sua, signa? & nō cognoverūt. Ecce illi de suis viribus gloriātur, nec intelligūt, quod nō quia inualidus es, sed quia tu permittis, victoriā cōsequuntur, & hęc te permittēte sūt. Vsq; quo Deus improperabit inimicus, irritat ad uersarius nomen tuum? sic placare Dei furore conabatur Moyses, Exod. 32. Cū em̄ Deus populū illum vellet disperdere, ob adoratū vitulū in oreb, vt sui nominis suęq; gloria

Esa. 48.

C O M M E N T A R I A I N

curā habeat, precatur. Ne quēso dicāt Aegyptij, callidē eduxit eos, vt interficeret in mōtibus, vt deleret de terra, quiescat iratua, & esto placabilis super nequitia populi tui. sic Nume. 14. cū murmurassent contra Deū, & vellet eos peste acerrima percutere: Ne audiant quēso Aegyptij, de quorum medio sustulisti populum istum, quod occideristā tam multitudinem, quasi vnum hominem, & dicant: Non potuit introducere populū istum, in terram pro qua iurauerat, idcirco occidit eos in solitudine. Sic etiam Iosue. 7. corā arca clamabat: Mi Domine Deus, quid dicam, videns Israelem hostibus terga vertentem? & quid facies potentissimo nomini tuo? Cum ergo hoc aduertant prophetæ, & hac de causa toties legamus, rationem reddere, quare tam dura permiserit aduersus populū suum, & ad iudiciū prouocare ipsos homines, & hominum iudicio se submittere. Esaiæ. 1. 3. 5. & Ierem. 25. Ezech. 20. Oseæ. 4. & Micheæ. 6. (quo in loco diligētiū de hac re agemus) ideo Micheas propheta, ne impotentia quis tribuat, aut Deum mutatum asserat, quod populum adeò dilectum, quem peculium ex cunctis gentibus elegit, quem su-

per

M I C H E A E C A P. I.

II

per alas aquilarum asportauit, quē panē de cælo misso tot annos pauit, cui iurauerat ter ram promissionis habitandam daturū, cui promiserat tā multis abundaturū, vt multis fœnerari posset, & à nullo fœn⁹ accipere, nūc in captiuitatem abire permittat, promissa terra priuet, tam dura pati cogat, in hostem sit conuersus: & factus veluti leena in saltu, aduersus hēreditatē suam. Vt ergo pro Deo respondeat, & causam reddat, ad audiendū omnia concitat, non hoc esse mutabilitatis Dei, sed veritatis: non infidelitatis, sed iudicij: non impotentię, sed iustitię. In scelere Iacob omne istud, & in peccatis domus Israel] Quia populus iste Deo optimo maximoq; reliquo, ad idola fuit conuersus, quia nequam populus iste missis stetit: & Deū oportebat fidem seruare suam, & iustitię suę (nestupidus videretur) etiam rationem habere. Deus fidelis & absq; vlla iniquitate, iustus & rectus Deū. 32. Rectus Dominus, & non est iniquitas in eo Psal. 91. Iustus Deū in omnibus operibus suis quæ mandauit nobis Baruch. 2. Quod igitur facturum comminatus est, opere cōplere debebat. sic Deū. 32. Dereliquit Deum factorē suum, & recef-

*Gene. 17.**Deut. 15.**Ier. 12.*

fit à Deo salutari suo. Prouocauerunt eum in dijsalienis,& in abominationibus ad irā concitauerunt,immolauerunt dæmonijs,& nō Deo,Dijs quos ignorabāt,noui recētesq; venerūt quos nō coluerūt pres eorū: Deū q; te genuit dereliquisti,oblitus es Dñi creato ris tui:vidit Dñs & ad iracundia concitatus est,& ait:Abscondam faciē meā ab eis,& cō siderabo nouissima eorū,generatio eīm per uersa est,& infideles filij,ipſi me prouocauē rūt in eo qui nō erat Deus, & irritauerūt in vanitatibus suis,& ego prouocabo eos in eo qui non est popūlus,& in gente stulta irritabo illos:ignis succēsus est in furore meo , & ardebit vsq; ad inferni nouissima : deuorabitq; terrā cū germine suo,& mótiū fundamēta comburet:Cōsumabo super eos mala, & sagittas meas cōplebo in eis: cōsumētur fame,& deuorabunt eos aues morsu amaris simo:dentes bestiarum immittam in eos.Li buit tam multa hic adducere,cum tam præclarè Moyses,hoc loco doceat,quid Deus se facturum cōminatus est,vt neminem existimem futurum,qui cū ista legat,Deum mutatū fuisse,asserere audeat.Si dereliquerint legem meā,dicebat psal. 88. visitabo in virga iniqui-

iniquitātes eorū.Idē Leuit.26.& Deut.28.clarius proclamabat.Sic Baruch.2.Si nō audieritis vocē meā,multitudo hēc magna cōuertetur in minimā gentē.Idē 1.Reg.12.si timueritis dñm,&c.3.Reg.19.Si auerſione auerſi fue ritis,&c.Immo cū Deus bona promittebat, etiā si nō adderetur, cōditio subintelligeba Hieronym. super Hierozemā ad.18. tur,vt docet Galatinus lib.9.cap.1.& Ruper tus lib.5.de victoria verbi cap. 24. Sic enim promiserat se ad futurū illi genti, dūmodo ipſi prēstarēt,quod se facturos responderūt: omniaque cūq; prēceperit dñs faciemus.Sic Exod.19 Esaiæ.1. dicebat:Si audieritis me,bona terræ comedetis,sin aut̄,gladius deuorabit vos.Sic psal.80.Irael si audieris me,si nō fuerit in te Deus recens , nec adoraueris Deum alienū, dilata os tuum , & implebo illud : ego votis satisfaciam tuis,nihil non præstabo ,quodcunq; ore petieris cōcedā.Nō ergo quod in captiuitatē duci permittat, impotentia est, Nā si Irael audisſet me,pro nihilo inimicos eorū cōculcassem,facili negotio ego dissipassem hostes,ac si nihil esſent eorū hostes, & veluti puluis aut palea, meis cōculcassem pedibus . In scelere Iacob omne iſtud , & in peccatis domus Irael] quod & Achior

Ammonitarum princeps, Holoferni afferebat, de eis loquens, Iudith. 5. c. vsq; dum non peccarunt in conspectu Dei sui, erant cū illis bona: Nunc ergo mi domine perquire, si est aliqua iniquitas eorum, in conspectu Dei sui? ascendamus ad illos, quoniam tradens, tradet illos Deus eorum tibi: si vero non est offensio populi huius coram Deo suo, non poterimus resistere illis, quoniam Deus eorum defendit illos, & erimus in opprobrium universæ terræ. Cum ergo hoc, animum cruciat prophetæ, cùm illius animum hæc cura coqueret, & populos ad audiendum, & terram, & omnia quæ in ea sunt, vt attédat prouocat. Merito iustoq; iudicio Dei, hæc pati obsecera illius gentis: ex quibus facile vide re possumus, atq; causam assignare (proh dolor) quare de Christiano populo, & Christi sanguine diluto, sic toties Turcæ & Barbari homines triumphent. Cessauerunt fortis Babylonis à prælio, deuoratum est robur eorum, & facti sunt quasi rhulieres, quia nostris pecatis Deum ad iracundiam prouocauiimus. Quare sic victis potentissimis Germanis, toties fidei hostes victores euadant, & veluti effeminati coram illis consistere nequeant?

Quia

Quia dercliquerunt Deū factorē suum, & finde auita atq; catholica contépta, nescio que deliria atq; somnia sunt amplexi. Audite ergo populi omnes, & attendat terra, & plenitudo eius, quā optimis de causis populum suum Deus tradat in manus tyrannorum.

Et sit Dominus Deus vobis in testē.

SIt sicut in Hebréo habetur: Cōtra vos in testem οὐτε. Quod ego munus præstiterim meum, & nomine eius, veluti propheta admonuerim, vt cessaretis à vijs vestris prauis: cum enim prophetam etiam sub Ioathā, & Achaz, prophetasse dixerimus, gētem illum səpius corripuisse credere par est, atque mala ista quæ certo iam ventura videbat, cōminatum fuisse, vt vel sic suis minis, atque terroribus, à malis & Idolatria arceret: cum autem frustra eius opera fuisset, cum veluti surdis toties fabulam narrasset, ne in ipsum culpa deuolueretur omnis, ne ideò hoc nomine culpa prætexerent, quod nunquā de hac re fuissent admoniti, ideo propheta Dominum Deum testem inuocat, quem nullū latet secretum, cui etiam antequā fiant, nota sunt omnia. Nō ego vos testes, quos scio mē

B 5 daces,

daces,& quos noui, pro more veritatē negāturos inuoco, Sed Dñm Deū testē oculatum & fidelē, qui est testis in cēlo fidelis, Psal. 88. Et cui sumus omnes factorū dictorūque rationē reddituri, & quē habituri sum⁹ omnes iudicē: ipsum ego testē esse volo, meo səpi⁹ munere perfunctum fuisse. Erant enim prophetæ veluti speculatores, in ædito cōstitutio[n]i loco, vt cæteros admonerēt, de his quæ à lōge venire præuidebāt, vt alios minis, & terroribus à peccatis arcerēt, sceleraque illorū quibus irascebatur Deus, annūciarēt. Sic enī cap. 58. Esaiæ dictū legimus: Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annūcia populo meo scelera eorū, cū hoc tibi sit iniūctū munus, nequaquā tacendū est, sed quantum cū que pos sis, vocē extolle, vt ab omnibus audiatis. Quod si quis in eo ordine cōstitutus, cæteros admonere cessasset, graui quidē dignus pēna esse videbatur. Sicut clare cōstat Ezech. 3. Filij hominis speculatorē dedit e domui Israēl, & audies de ore meo verbū, & annūciabis eis ex me. Si dicēte me ad impiū, morte morieris, nō annūciaueris ei, nec loquunt⁹ fueris, vt auertatur à via sua impia, & viuat: ipse impi⁹ in iniquitate sua morietur;

fan-

fanguinē autē eius de manu tua requiram. Si autē tu annūciaueris impiο, & ille nō fuerit conuersus ab iniquitate sua, & à via sua impia, ipse quidē in iniquitate sua morietur, tu autē animā tuā liberasti. Et c. 33. Sub alijs verbis idem prorsus docet: Terra, inquit, cū induxero super eam gladiū, & tulerit populus terrę virū vnū, & constituerit eum super se speculatorē, & ille viderit gladium veniētē super terrā, & cecinerit buccina & annūciauerit populo: audiēs aut̄, quisquis ille est, sonitū buccinæ, & non se obseruauerit, veneritq; gladi⁹, & tulerit eū, sanguis ei⁹ super caput eius. i. sibi imputet malū illud, nec speculatorē accuset: q̄ si speculator viderit gladiū veniētē, & nō insonuerit buccina, & popul⁹ se nō custodierit, veneritq; gladius & tul erit de eis aīam, ille quidē in iniquitate sua captus est, sanguinē aut̄ ei⁹ de manu speculatoris requirā. Et ita Paul. admonebat Timo theū quē Ephesiorū Episcopū reliquerat: At tende dicebat, tibi & doctrinæ, quā docere teneris, insta in illis, hoc enī facies, & teipſū saluū facies, & eos qui te audiūt: q̄ si dicat, alijs re⁹ eris, nec saluari poteris, cū tuū nō ad ministres munus. Sic ergo noster ppheta, cū speculator

speculator à Deo constitutus esset, & prædicator illius gétis, Deum testem inuocat, quo ties buccina cecinerit, quoties huius cladis, & calamitatis de longè venientis admonuerit, vt & se immunem à sanguine illorū ostédat, & eos nullā habere excusationem, quā semper paratam habet humana superbia: si scissent, vtiq; fecissent. Hoc ergo qui munus docendi atq; prædicádi humeris imponút, suis aduertant, hoc diligenter considerét, an ipsi Deum testem inuocare possint, contra eos quibus prædicant. An & ipsi illud Pauli quod ab Ephesijs discedés dixit, asslerere au debút, actorum. 20. Vos, dicebat, scitis, à pri ma die qua ingressus sum in Asia, qualiter omni tépore vobiscū fuerim cōuerlatus, quo modo nihil subtraxerim vobis vtiliū, quo minus annuntiarē vobis omne cōsiliū Dei, atq; hac de causa cū Iacobus aduerteret, quā tū onus susciperent, quāq; difficile, & graue, qui prophetę, & cōcionatoris munº subibat c. 3. admonebat: Fratres mei, nolite fieri plures magistri, scíetes qm̄ maius iudiciū sumi tis. Et sic Christus Matt. 23. Vos aut̄ nolite evocari Rabbi. Micheas ergo hac de causa dicit: sit Dñs Deus cōtra vos in testē, quod nō sub-

terfugerim aliquē labore, quo minus annun ciarē vobis mala, quæ à longè præuidebā ve stris imminere capitibus, quomodo nō cela uerim vobis, quæ Deus ventura decernebat, vt vel sic meis verbis edocti, hāc calamitatē à vestris depelleretis ceruicibus, cum enim toties admonuerim, immuniſ sum. Sic etiā Samuel. 1. Reg. 12. Deum testem vocabat: Te stis est, inquit, Dominus aduersum vos, & te stis Christus eius in die hac, quia non inuenieritis in manu mea quidpiam: & dixerūt te stis. Sic Gene. 31. Laban & Iacob, cum fœdus inirent? Deū testē cōstituūt, nullus sermonis nři testis est abſq; Deo qui p̄fens respicit.

Dominus de templo sancto suo.

SIt inquātestis de loco ex quo cūcta prop spicit, de templo sancto suo, siue de tem ple sanctitatis suę, dictio enim Hebræa לְבָיִת hecal, pro qua téplum, noster interpres ver tit, proprię significat regiā, siue palatiū Regis. Sic Daniel. 1. pro Regis palatio sumitur. Sic psalm. 143. filię eorum compositę, circū ornatę, vt similitudo templi, id est, instar regiæ domus ornantur. Nōdum em̄ erat téplū Salomonis erectū. At quia téplū Hierosoly mita-

C O M M E N T A R I A I N

mitanum magnum erat, & veluti regia domus, appellabatur hecal. Et ita Ieremiæ 7. dicitur: Ne confidatis in verbis mendacij dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini. In quibus verbis terponitur hæc vox hecal. Quæ verba sic Paraphrastes Caldeus Ionathas explicat: Ne confidatis vobis in verbis prophetarum, qui dicunt mendacium, dicentes: Coram templo Domini vos seruitis, Coram templo Domini vos sacrificia offertis, Coram templo Domini vos adoratis, tribus vicibus in anno vos apparetis coram eo, legi parentes vestre, Veli odo alii putat repetit ille, quia ex tribus partibus templi Domini cōstabat, ex porticu, & templo, & oraculo. Prior pars appellabatur **הַלְּוִיָּה** vla. 2. **הַכָּלֶב** deuir. at 3. dicebatur **הַכָּלֶב** hecal. Erat autem hecal, locus ille qui dicebatur sancta sanctorum, ad quæ nō nisi semel in anno, summo sacerdoti, ingredi licet, ut ad Hebreos diuinus docet Paulus, in quo loco cōtinebatur arca testamēti. Et quia ex illo loco cōsultus Deus reddere responde solebat, atque postulatibus ferebat opem, in illo loco ab illis habitare peculiariter putabatur. Ideo oraturi ad illum locum cōscēdebāt

quod

MICHEAE CAP. I.

16

quod si nō poterat, ad illum locum se conuertebat, sicut Daniel fecisse legimus c. 6. cū capti uis in Babylone detineretur. Et ita regius propheta psal. 3, dicebat: Exaudiuit me de móte sancto suo, & psal. 5. Adorabo templum sanctum tuum. Psal. 17. Et exaudiuit de téplo sancto suo vocem meam. & Psal. 19. Mittat tibi auxilium de sancto, & de Sio tueatur te. Psal. 59. Deus loquitur est in sancto suo. Et licet tē pore Dauidis, Salomonis templum nō erat edificatum, verum templum appellabant, & hecal locum illum in quo arca testamenti continebatur, & ex illo loco se exaudiiri putabant, & diuinum suscipere fauorem. & sicut Reg. dicitur, parétes Samuelis per singulos annos solitos esse in templo ascēdere, & Samuelē in templo ministrasse. i. in domo illa in qua arca testamenti continebatur. Atque ita Micheas dixit: Sit Deus contra vos in teste, Deus de téplo sancto suo. De illo loco, in quo vos cū peculiariter habitare existimatis, & quæ veluti locum suum elegit, ut ex illo responsa reddat, atque afflictis opem & fauorem ferat. Scio tamen Hebreos per sanctitatem tépli, ex quo teste esse vult Deus Micheas, cœlum explicare. Sit (quod dicat) Deus testis de celo, in quo peculiariter habitare

habitare dicitur. Sic Psalm. 2. Qui habitat in cælis irridebit eos. Psalm. 10. Dominus in cælis sedes eius. Et cælum mihi sedes est, dicit Dominus. Et nos quotidie oramus: Pater noster qui es in cælis. Imo & à gétibus ipsis Deorum habitaculum, etiam ipsum cælum constituitur, è loco illo sublimi in quo habitat, & ex quo cuncta prospicit, veluti ex specula. Sit contra vos in testem] quod ego vos sæpius admonuerim, est tamen hic aduertendum, quod ne sæpius repetamus, semel dixisse sat sit: prophetas atque scripturam sacrā, de Deo humano more loqui consuesse, atq[ue] illi tribuere frequenter, ea quæ minime habet, ut nos eius operationes intelligere possumus.

Quia ecce Dominus egredietur de loco suo.

A Dhuc de Deo ~~in locis non aliis~~, loquitur ac si de homine aliquo loqueretur: mitto dicere illam particulam, ecce, graue aliquid & animaduersione dignum denotare solere, in sacris litteris Esaiae 7. Ecce virgo concipiet. Math. 2. Ecce Magi venerunt ab Oriente. Sic ergo: Ecce Dominus egredietur, ecce

præ foribus adeat calamitas, & desolatio vestra, nam Dominus egredietur de loco suo. Mitto dicere quæ D. Hieron. secundū allegoriam tradit, quid sit egredi Dominū de loco suo: erat inter Iudæos anteā, ad gentes convertetur, vel egredietur de loco suo, nam cū semper ad parcendū pronus sit, & cum eius proprium sit misereri semper & parcere, & peregrinū sit opus ab eo supplicium sumere *Esaie. 28* Egredietur de loco suo (quod Hispanè dicimus) *Salda de sus casillas*] & vestri causa cogetur personam quam nō habet crudelitatis assumerē (ut verbis vtar Hier.) Sed ad literā revertamur. Ecce, inquit, Dñs egredietur de loco suo. Cum princeps aliquis, ruinā molitur alicui vrbi aut regioni, egredi consuevit de locis in quibus frequenter habitare solet, & eō se confert, quò destinauit exercitum. Ita eodem modo faciet Dominus, quasi homo egredietur, licet ipse non egrediatur, cum vbiq[ue] sit: nec moueatur, cùm sit immutabilis, vel ideo dicit, Dominus egredietur, quia iam ab ipso egressum esse præuidebat decretum, de vindicta sumēda de illa gente, & sic dicitur quod ipse egredietur.

C Et def-

Et descendet.

QVia templum in æditissimo loco erat, in cornu filio olei, sicut dicit Esaias. c. 5, in ædito loco, qualis esse solet cornu in animali, ideo dicit: Descendet, nisi velimus de cælo dicere, quod magis huic verbo conuenire videtur. Descendere autem Deū dicit scriptura, cum aliquid facit in terra, quod præter visitatum naturæ cursum, mirabiliter factum, presentiam quodammodo eius ostendit. Sic Augu. lib. 16. de ciuit. c. 5. & Eusebius lib. 8. de præparatione euāgelica. c. 3. inquit, operationē Dei, descēsum appellamus. Alij vero, cum scriptura Deū de cælo descendenterem facit, ad prouidentiam eius declarandā pertinere intelligunt, bonostuentem, & ex improbis vlciscentem, sic Gene. ii. scriptum est descendisse de cælo Dominū, vt inspicere ret urbem & turrim quam ædificabāt homines stulti & arrogantes. Et. 19. Descendam, & video an opere complerint clamorem qui peruenit ad me, ideo vero sic loquitur scriptura, vt docet Rabbi Moyses Aegyptius, lib. i. directoris dubiorū cap. 10. cuius verbas sunt: quia cùm pœna vel iravenit super omnia

omnes gentes mundi, vel super aliquam partem, secundum voluntatem ipsius quem predixerunt prophetæ: ante descensum ipsius pene, narrauerunt quia visitauit Deus eorum opera, & posteā venit super eos poena, ideo vocant huiusmodi rationem descendens. Quia non est homo res adeò nobilis, quod debeat visitare opera eius, nec punire eum propter ipsa, & sic vocat pœnam descendens, sicut dictum est: Venite descendamus, & confundamus labia ipsorum: & descendit Dominus vt videret turrim. Et alibi, Descēdam & video. Omnia ista significant aduentū pœnæ super illis qui sunt in infimo, hæc ille. Et lib. 2. c. 30. inquit, cum modos iræ explicant prophetæ, his solent vti verbis: Infiluit super eos, & descendit, & ingemuit, & intonuit, & dedit vocem suam, & dicunt: Mandauit, & dixit, & operatus est, & fecit, & similia istis. Ex quibus verbis, satis (mea quidem sententia) explicat, quid sibi noster propheta velit, cum dicat: Et descendet] quod clarius etiam explicuit nobis Esaias capit. 26. dicens, Ecce Dominus egredietur de loco suo, vt visitet iniuriam habitatorum terræ contra ipsum

C O M M E N T A R I A I N

ipsum, quod noster dixit: Descendet ille dicit, Visitabit, visitat enim Deus iniquitates nostras (vt aliás sāpius docuimus) cū de nobis supplicium atque punitionem sumit. Euseb. vero lib. 7. de demonstra. euāgelica cap. 2. Ex his verbis Domini aduentum probant, afferit, sic enim ecclesia canit: Descendit de cælis, & incarnatus est.

Et calcabit super excelsa terra, et consumetur mótes subitus eum, et valles scindentur sicut cera à facie ignis, sicut aquæ que decurrunt in preceps.

His omnibus verbis grauiissimam calamitatem minatur, qualem cōtingeretiam videmus, cùm potentissimus aliqui rex magno cum exercitu regionem aliqui inuadit. Mótes in plana vertut loca, per quae tormenta hantur, valles ipsas complanat & præclarar similitudine explicat, nam celi liquefacta, tumorem amittit, quem anteahabebat: & montes sicut aquæ decurrisse videntur. Solent autem prophetæ poëtarum more, diuinam potentiam hisce cōmōtionibus explicare. Sic Homerus: Ira louistrū mefactum

M I C H E A E C A P . I.

19

mefactū fuisse Olimpū ait. Sic Esaias cap. 64. Vtinā dirūperes cælos & descēderes, à facie tua mótes defluerent, descendisti & à facie tua mótes defluxerūt. Sic diuinus vates Psal. 17. Cōmota est, & contremuit terra, & funda menta montium conturbata sunt, & com mota sunt, quoniam iratus est eis. Sic Nahū c. i. montes cōmotti sunt ab eo, & colles desolati sunt, & contremuit terra à facie eius, & orbis, & omnes habitātes in eo. Esa. 23. Sic inquit: Cælum turbabo, & mouebitur terra de loco suo. Vtūtur enim ea orationis exortatione (quam Rethores hyperbolē vocat), vt exprimant atque amplificant vim iræ diuinę atque potentię eius, quod Hiero. adnotauit Esaiæ 13. Hanc enim ait esse superlatiōnem, qua vehementissimam iram Dei vates sancti exaggerent. Libet autem vt plurima prophetarum loca simul explicemus, illud in medium adducere, quod adnotatum legimus à Rabbi Moyſen Āegyptio lib. 2. direc toris dubiorum c. 30. solere prophetas proprio loquendi idiomate vti: cū enim deu stationem alicuius regionis enarrant, solēt afferere, stellas cecidisse, solem obscuratū esse, lunam amisisse claritatem suam, terram

mefactum

C 3

COM

cōmotā atque desertam relictā esse, & mon-
tes & valles cōminutas, & similia istis. Quæ
quidem neque vnquam contigisse legimus
nec in eo sensu sunt accipiēda, quem iuper-
ficie tenus videntur facere, sed hisce omni-
bus velle prophetas statum & dispositionē
hominum, quibus cōtigit ista calamitas ex-
plicare, vt docet Hieron. Esaiæ. 13. Hisce ver-
bis volunt significare, horribiles illos terro-
res quos patientibus omnia elementa tri-
stia videbuntur, & ipsæ stellæ quasi tenebris
obductæ. Sic Ezech. 32. Operiam cum extin-
ctus fueris cælos, & nigrescere faciam stel-
las eius. vbi de interitu regis Aegypti loqui-
tur. Sic Ioei 2. loquens de excidio Hierofo-
lymitano: Prope est, inquit, dies tenebrarū
& caliginis, sol & luna obtenebrati sunt.
Sic Ierem. 4. Vidi montes, & mouebantur.
Ita ergo nec sic sunt intelligenda verba Mi-
cheæ, quasi ista contingent in desolatio-
ne Samariæ, sed quod hisce verbis statum
& dispositionem habitatorum illius regio-
nis proponat. Videbuntur illis præ magnitu-
dine timoris montes cōsumi, & valles sicut
cera à facie ignis scindi, & sicut aquæ in præ-
cepse decurrere, vel voluisse prophetā hisce

ver-

verbis docere nō esse illis in aliquare fidē-
dum, ut resistere possint diuino furori, licet
enim Samaria in excelso loco esset consti-
tuta, licet vndique móribus & vallibus cinc-
ta, ea est diuini furoris potéria, vt nihil ho-
rū illi impedimenta esse possit. Nam licet in
excelso loco Samaria esset, super excelsa ter-
ra ipse calcabit, licet vndiq; móribus muni-
ta & vallibus, tamen montes consumentur
& valles scindentur subtus eum. Solet etiam
mótes appellare quicquid in mundo emine-
re videtur scriptura sacra, potentiam, sapien-
tiā, honores, diuitias, hæc omnia disperdet
Dominus, & consumétur subtus eum. Nam
& posteà subdit: Diuitias plurimas quas de
mercede meretricis cōgregauerat Samaria,
vsque ad mercedem meretricis. i. ad nihil
efferedigēdas. Ne ergo illi propter diuitias
quibus abūdabant tuti esse viderētur, dicit
montes consumēdos: Tange, inquit, Dauid.
Psal. 104. mótes & sumigabūt. Tāge, inquit,
montes, vt omnē suā fiduciam leuissimum
sumū & tenuissimum esse intelligāt: Quæ om-
nia facilius poterimus intelligere, si mēte re-
colamus horrēdos illos terrę motus & fulgu-
ra atq; tonitrua quæ descendētē Deo in móte.

Synai facta sunt. Exodi. 19. Sed nec in cogruè quidem (mea sententia) hic locus, atque alia prophetarū similia explicari aliter possunt: sicut & explicasse videmus D. August. lib. 6. de ciuit. c. 5. Cum enim de loco illo Gene. 11. ageret, Et descendit Dominus videre ciuitatem: Sic ait, cum non loco moueatur Deus qui semper ubique est totus, potest intelligi Deum ad illam ciuitatem descēdisse, quia descenderunt angeli eius in quibus habitat: & subdit quod in Genesi habetur: Venite descendentes, confundamus ibi linguam eorum. Quod intelligitur angelis id dictū, quia per angelos descēdebat, qui in angelis descēdētibus erat. Sic ergo: Egregietur Dominus de loco suo, & calcabit super excelsa terræ, &c. Quia enim sicut. I. Paralip. c. 5. Suscitauit Deus Israel spiritum regis Aſſur in Iudeos, id circo & Deum egressum fuisse, & hęc fecisse aſſerit propheta, scilicet, super excelsa terræ calcaſſe, & montes subtus eum consumptos. Et ita legimus apud Eſaiam. 13. Medos sancti ficiatos suos appellasse, quos contra Babylo nios cōcitauerat. Et apud Ieremiam. 25. & 27. Nabuchodonosorem seruum suum & columbam suam appellat. Sunt enim eius ser uinon

ui non equidem intentione, sed cooperatio ne, non voluntate sed effectu, quo Deo & electis suis semper in bonum cooperantur, vt docet Rupertus lib. 6. de victoria verbi cap. 4. Qua phrasis loquendi clarius Micheas statim vtitur dicens: Ponam Samariam in aceruum lapidum in agro cum plantatur via. Venietibus Assyrijs (vt ibi explicat Hieronym.) qua de re, cum ibi latius simus acturi, hic annotasse sat sit vt intelligamus prophetas omni schemate orationis fuislevfos, referreque plurimum non leuiter eorū verba pertransire, sed in hanc rem maxime incumbere, vt tropos quibus vti cōſucuerē intelligamus. Sic enim illustria quidem & magnifica in illis reperire facile poterimus. At tēdere autem lectorem hortamur ad ea, quę in verbis sequentibus statim dicemus, tunc spero fore facile probaturū illum, nostram explicationem.

In scelere Jacob omne istud, et in peccatis domini Israel.

Q Via posset aliquis merito rogare prophetam, & quę nam tanta se offerre cauſa & ratio potuit, vt Deū alioqui mitissimū,

C 5 & sic

C O M M E N T A R I A I N

& sic ad parcēdum & miserendum proum
concitaret, ad sumendum tam graue suppli-
cium de his hominibus. In scelerel Jacob, om-
ne istud respondet, idolorum cultus, & viti-
lorū adoratio in causa fuit. Sic enim & Lxx
& Pagninus vertūt: Propter scelus Jacob, o-
mne istud, & propter peccata domus Israel. Sic
Baruch. 4, ratio redditur, exacerbaſtis eum
qui fecit vos Deum ēternū, immolantes dæ-
monijs & non Deo, & ne in re clara & aper-
ta vt amur testibus non necessarijs, plena est
tota prophetarum scripture huiusmodi te-
ſtimonijs, quibus affirmatur omnia mala ad
nos prouenire ob scelera noſtra. Ob idolo-
rum ergo cultum hæc omnia veniſle mala
Micheas afferit, & ſic libet verba Micheæ
c.6. in hoc loco ponere: Quia cuſtodisti, in-
quit, omnes ceremonias quas Amri rex im-
pius conſtituerat, & omne opus domus A-
chias & Iezabel pro mea lege ſeruasti, impul-
sus ſum scelere tuo, vt darem te in ſibilum,
& opprobriū populi mei portares, dum ca-
ptiui ab Aſſyrijs, quaſi populus Dei vincimi-
ni, & propter vos nomen meum blaſphemā-
tur inter gentes. Hæc ille: In scelere ergo Ja-
cob omne istud, & in peccatis domus Israel.

An

M I G H E A E C A P . I .

22

An autem idem per Iacob & Israel intellege-
xerit, aut diuersa, pro libito opinari quis po-
terit. Hebræi quidem idem diuersis verbis
afferuisse aiunt: Congeminavit ſenſum, in-
quiunt, in dictionibus diuersis (ſicut mo-
ſeſt & valde frequens prophetis) quod in
pſalmis frequentiſimè adnotauimus, verū
fieri potuit quod per Iacob, Iuda regnum
intelligat, per Israel autem, regnum decem
tribuum. Cum enim vt cōſtat, Reg. 12. gens
illa Hebræorum vni pareret regi, vnumq;
effet regnum, in duō eſt diuīſa regna, duę
tribus Roboā parebant, ſcilicet, Iudā & Ben-
iamin, cum Leuitica tribu, quæ in Benia-
min forte habitabat. Decem autem tri-
bus ſequutæ ſunt Ieroboam. Duę priores
& Iuda regnum, & domus Dauid, & do-
mus Iacob, & alijs nominibus vocabātur.
Factio autem decem tribuum, Ephraim &
Israel, & alijs nominibus dicebatur, &
aliquando Iacob. At postquam decem tri-
bus in captiuitatem ductæ ſunt (vt an-
notauit Hierony. Malachiæ primo) etiam
duę tribus Israel dicuntur. Verū com-
muni vocabulo, omnes duodecim tribus,
& Israel, & Iacob, & Ioseph ſuis de cauſis
diceban-

dicebatur. Sic ergo nomine Iacob, & Israel, duodecim tribus intelligere possumus. Et idem prorsus nomine Iacob intellexisse, quod Israelis nomine post intelligere voluit: licet etiam nomine Iacob regnum Iuda, nomine autem Israel, regnum decem tribuum etiam intelligere possimus. Nam quem Theodoretus de hac re philosophatur, apud me nescio an vera sint.

Quod scelus Iacob, nonne Samaria?

Facile quidem ex istis verbis colligi videtur, nomine Iacob, intellexisse regnum decem tribuum, cum Samariam sceleris Iacob causam tradidisse dicat. Cum propheta afferuerisset, atque causam rationemque assignasset, quare benignus valde, ac tam misericors Deus, tam dura & acerba pati populum suum permiserit, scilicet, ob sceleram eorum, & infanda facinora. Pergit ultius inquirere quod nam scelus illud fuerit, quod sic ad iracundiam Deum, alioqui mitissimum, Deum inquam, adeo benignum, adeo abundat in thesauris bonitatis, patientie, & longanimitatis prouocare potuerit? Et vtitur interrogatione, vel ut vehementiore indicet affectu, & maiorem

Ad Rom. 1.

maiorem indignationem habeat oratio, vel ut doceat apertissimam esse causam sceleris Iacob, nullus est (quasi dicat) qui ignoret, nullus est qui hoc nesciat, lippis atque tonso ribus (quod aiunt) notum est, Samariam in causa fuisse tanti sceleris. Accedite Samariam, ibi facile conspicietis scelus Iacob: nam in omni regno Samariæ vituli colebantur pro Deo, ibi Baal in maximo vbiique precio habebatur: ibi prophetæ Domini à lezabele sunt interfecti. Pagninus autem clarius quidem ac apertius Hebræorum verborum sensum aperit. Sic enim vertit: *Quis in causa fuit prævaricationis Iacob, nonne Samaria?* (supple in causa fuit) non est dubium, Samaria certe fuit causa, id est, reges Samariæ, qui idola constituerunt populo adoranda, in causa fuere. Ut toties patet in historia Regum, & populus post regem vadit. *Quod nos facile ipsa experientia docet.* Sic enim 3. Reg. 12. dixit Ieroboam in corde suo: *Si ascenderit populus iste, ut faciat sacrificia in domo Domini in Hierusalem, conuertetur cor populi huius ad Dominum suum Roboam, interficiensque me: excogitato consilio fecit duos vitulos aureos, & dixit eis: Nolite ultra ascendere in Hierusalem.*

C O M M E N T A R I A I N

in Hierusalem, ecce dij tui Israel qui te eduxerūt de terra Aegypti. Posuitq; vnū in Be-
thel, & alterum in Dan. Samaria igitur, idest,
Reges Samariæ in causa fuere, ut tantum sce-
lus Israëlitæ audierent committere. Ponitur
autem regia vrbs pro ipso Rege, & huius ra-
tionē alsignat Kimhi, nā dictio 'd cui in La-
tino sermone responder dictio, quis, non ca-
dit nisi suprà magistrū intelligetia, vt ipsius
verbis vtar. i. suprà hominem. Sic enim dici-
mus, quis vir ille, & non dicimus, quis bos,
aut quis asinus. Sic ergo cum dicat quis pec-
catilacob, supple, causa fuit de homine inter-
rogat, & cum respondeat, Nonne Samaria?
Reges Samariæ in causa fuisse respondere vi-
detur.

*Et quæ excelsa Iuda, nonne Hieru-
salem?*

CLARIUS PAGNIUS (Ad hoc enim cōueni-
re diligenti sacrarum scripturarum le-
ctori plures habere interpretationes docet
August. lib. 2. de doctrina Christiana cap.
12. vt quod in uno loco ab uno interprete
obscure dictum est, ex alterius interpretatio-

ne

M I C H E A E C A P. I.

24

ne sensum colligat.) Et quis in causa fuit
excelsorum Iuda, nonne Hierusalem? re-
ges Hierosolymitani in causa fuere, vt excel-
la fierent in urbibus Iuda, videtur propheta
tanquam inuitus quædam omisisse (quæsi di-
cat) nolo dicere quis ex regibus Iuda huius
tam magni sceleris author extiterit, satis sit
dixisse ex regibus Iuda hoc dimanasse. Nam
Salomon rex Iuda, sapientissimus ille Davi-
dis filius, qui sedem præcipuam in Hierusa-
lem habebat, fuit occasio Iudeis vt excelsa
adirent, qui primusea extruxerit, vt constat
3. Reg. ii. Sic enim habetur, cumq; iam esset
fenex, depravatum est cor eius per mulieres,
vt sequeretur Deos alienos, tunc ædificauit
Salomon phanum Chamos, idolo Moab in
monte qui est contra Hierusalem, & Mo-
loch idolo filiorū Ammon, atq; in huc mo-
dum fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis,
quæ adolebant thura & immolabant
dij suis. Reges igitur Iuda in causa fuerent an-
ti mali. Excelsa appellat scriptura sacra ea
loca atque phana, in quibus idolis sacrificia
fiebant. Ezech. 20. & dixi ad eos, quid est
excelsum ad quod vos ingredimini? & vo-
catū est nōmē excelsum vsq; ad hanc diem.

Quia

Quia enim gentiles in locis excelsis aras suis dijs constituere solebant, ac templa dicare, quod ideo faciebant, vt facilius dij sui odo rem libaminum & sacrificiorū perciperent, tanquam illis propinquiores: ideo vt vel eorum falsam existimationem exhibet, vel ridiculam ostendat, vel nequaquam volens eisdē nominibus vti, ad illa explicanda quæ falsis dijs offerebantur, quibus vti consueverat ad illa quæ Deo viuo offeruntur, nō tempa, non aras nominare cōsuevit frēquēter, sed excelsa appellat, cūm nihil sanctitatis in illis locis esset, sed solum à loco in quo constituebātur nominare dignatur. Licet aliquādo legamus excelsa appellari etiam ea loca, in quibus Deo sacrificia fiebant i. Reg. 9. quod si in excelsis locis viri religiosi Deum colebāt, verū illud quidem diuersa ratione ab illis efficiebatur, ad significandū cultum Dei ab imis abstrahere, & nō posse diuinis vacare, qui terrena nō transcendunt. Possimus etiam non pro Regibus, si libet ipsas regias vrbes suscipere, sed easdē voluisse prophetam cauīam & occasionē tradidisse cæteris idololatrādi, scilicet Samaria & Hierusalem. Solent enim Regiē vrbes exemplum viuendi

vieuendi præbere ceteris, solent esse scholę & officina scelerum, inde tanta morum corruptio ad alias dimanat vrbes ex principū curia, quod illic geritur, quasi viuēdi regula ab alijs usurpat. Rusticus & inurbanus habetur, qui non eisdem vestibus, non eisdem sermonibus, non eadem viuēdi ratione vitatur. Vnde maximè oportet principes aduertere, quæ in curijs quibus habitat permittat, maximā illos oportet æquitatis & probitatis habere rationem, his p̄cipuè in vrribus in quibus degunt. Inferiores namque superiorum mores facile emulantur, vt ait Am broſ. & qualis est rector ciuitatis, tales & subditi eius erunt, Ecclesiast. 16.

*Et ponam Samariam quasi aceruum lapidum in agro cum plantatur vinea,
Et detrahām in vallem lapides eius et fundamenta eius reuelabo.*

VErba quidem sunt ipsius Dei egredientes de loco suo, & descendantis, & calcatis super excelsa terræ: Ponā, inquit, Samariam in aceruum lapidum, sed permanens scilicet Regis Assyriorum, & exercitus eius, D yenien

COMMENTARIA IN

Venientibus Assyrijs,inquit, Hieron. Assyrij hoc facient, sicut fecisse legimus 4. Reg. 17. Et quia ex Dei voluntate, mala illorū, voluntate ad bonum vtente, & à Deo suscitati sunt, ad hoc faciendum, & ad ponendam Samariam in aceruum lapidū. Ideò dicit, Ego ponam, quod certè sic factum habetur I. Paralip. 5. c. Reliquerunt autem, inquit, Dei patrum suorum, fornicati sunt post Deos populorum terræ quos abstulit Deus corā eis, & suscitauit Deus Israel spiritum Phul regis Assyriorum, & spiritū Teglath Phalasar regis Assur. Sic etiam contra Babylonem suscitauit spiritum Regum Medorum Ierem. 21. & contra Salomonem Razon filium Eliada & alios, 3. Reg. 11. & 2. Paralip. c. 21. Suscitauit Dominus spiritum Philistim & Arabum contra Ioram. Cùm ergò illi tanquam ministri Domini & ab eo suscitati illud fecerint, propheta, factum Deo tribuit. Nam quæ iudicii administer dum iustum eius sententiam exequitur, facit, ea suo modo à iudice fieri dicimus. Imo quæ Deus ipse permittit fieri etiā aliquo modo (quod suo dicendum est loco) ipsum facere possumus asseuerare. Morem enim esse diuinæ scripture afferit D. Damas.

lib.

MICHEAE CAP. I.

26

lib. 4. fidei orthodoxæ c. 14. permissionem Dei, actionem eius vocare. Est quippe mos iste prophetarum frequentissimus, Deo tribuere precipiè illa opera quæ eius fauore atque instinctu moti homines faciūt. Dicitur enim quod Dñs illa fecerit, illa precepit, atq; dixerit, ad quæ ipse mouerit facienda, ac dicenda. Nā vt docet Rabbi Moyses Aegyptius lib. 2. directoris dubiorū, c. 48. Cùm omne quod fit, necesse sit causam propinquā habere, & illius causæ alia sit causa donec perueniatur ad primā, quæ est voluntas creatoris: Ideò prophetæ prætermittentes causam propinquā secundā, tribuūt ipsum opus Deo optimo maximoq;, & illa dicūt ipsum facere, dicere, atq; præcipere, quæ fecisse videm⁹ dixisse, atq; præcepisse, causas secudas. Et sic D. Aug. lib. 6. de ciuit. Dei. c. 5. explicās illa verba Gen. II. c. Descēdam⁹ & cōfūdamus labia ipsorū dicit: nō ait: venite descēdetes cōfundite labia, vt ad angelos descēdentes illi sermo esset: sed cōfūdam⁹ ibi linguā eorū. Ostēdens ita se operari per ministros suos, vt sint ipsi cooperatores Dei, sicut apost. dicit I. Corinth. 3. Dei enim sumus cooperarij, quæ scripturæ atq; prophetarū morē si diligēter me

D 2

morię

moriæ commendemus, facile quidem erit
quam plurima scripturarum loca explicare,
non enim legimus quando Dominus præ-
ceperit Semei, vt David dicebat. 2. Reg. 16. vt
malediceret illi Domin⁹: Præcipit ei, inquit,
vt malediceret mihi, & tamen quia ab illo
hoc peruenire intelligebat, vel permittéte,
vel mala illius voluntate vtente ad bonum,
vel ex ordine diuinæ iustitiæ sapiëtissimus
vir Deum illud præcepisse aiebat. Sic 4. Reg.
18. Rapsaces dicebat: Dominus dixit mihi,
accede ad terram hanc & demolire eā: nus-
quam tamen reperiemus quando illi fuerit
dictum. Sic Nechao Rex Aegypti 2. Paralip.
35. Quid mihi & tibi Rex Iuda? nō aduersum
te hodie venio, sed contra aliam pugno do-
mum, ad quam me Deus festinato ire præce-
pit, desine aduersus Deum facere qui meci
est. Sic etiam Iob Deo tribuebat omnem bo-
norum ablationem: Dominus dedit, Domi-
nus abstulit. dicebat, cùm tamen démon ab-
stulisset. Sic Psal. 65. Probasti nos Deus, igne-
nos examinasti. Sic 3. Reg. 17. præcepi mu-
lieri viduæ vt pascat te. Et dixit Domi-
nus cete, vt euomeret Ionam. & Joseph dice-
bat: Dominus misit me ante vos. Sic Pilato
dixit

dixit Christus: Non haberes potestatem su-
præme vllam, nisi tibi data esset de super. Et
dicitur, patrem tradidisse filiū in manus im-
piorum. Et Paulus ad Philemonē scribit, vin-
ctum se Iesu Christi, cum Cæsar is vincitus tu
esset. Altius perpendens, nequaquam sine
Dei voluntate illud fieri. Sic etiam expli-
cuimus antea locum nostri prophetæ: Ecce ex-
gredietur Dominus de loco suo, & descen-
det, quia descendente, atque egrediéte exer-
citū Assyriorum, Dominus descendebat at-
que egrediebatur. Sic Oseæ 5. Ego, ego, capiā
per Chaldeos. s. & Assyrios. Sic ergo, inquit,
Ponam Samariam, cum per exercitum Assy-
riorum hoc esset facturus, quo tāquā instru-
mento vsus est, & tanquam baculo in manu
sua, sicut Esaiæ 10. contra aliam gentem di-
ctum esse videmus, sic dicit, Ponam: vt titur
enim Deus tyrannis, tanquam instrumento
ad supplicium sumendum de alijs. Et sic ali-
quando dicit Deus se illos sibilo euocaturū
Esaiæ 5. & 7. aliquando esse instar nouaculæ
ad radendum barbam Ezechieli 12. Nunc
fagenam & recte ad irretiendum improbos
appellat Ierem. 50. Nunc malleum & virgā
ad feriendum Esaiæ 10. quod intellexisse vi-

Attila. detur Totila Hunnorum Rex , cùm cuius
respondit se flagellum Dei esse , & magnus ille
Tamerlanus , qui à quodam reprehensus
quod rem crudelem præcepisset , respondit :
Ignoras , quoniam ira Dei sum . Et Titus , vt re-
fert Philostratus lib . 6 . de vita Apollonij c.
14 . dicebat , se Deo iracundiā contra Iudæos
demonstranti suas præbuuisse manus . Quomo-
do vero Deus illis vtatur tāquā ministris &
instrumentis ad operādum quæ ipse vult , &
quomodo , cum ipsis à peccato non excusen-
tur , Deus mali nequaquam author & causa
docet D . August . lib . de gratia & libero arbi-
trio c . 20 . lib . de spiritu & litera c . 31 . lib . 5 . co-
tra Julianum c . 3 . & Lactantius lib . 5 . diui-
narum institutionum c . 24 . & Theodoreetus
lib . de curandis Græcorum affectibus , tra-
statuē prouidentia . & Hugo de sancto Vi-
ctore lib . de sacramentis p . 5 . c . 27 . & 29 . vt a-
lios prætermittā ne extra cōmentariorum
limites transgreedi videar . nam eorum ma-
lias voluntates sua malitia auersas ad mala fa-
ciēda , ipsis nesciētibus , inclinat ad hoc quod
ipse ex eorum malitia bonum illud eliciat ,
quod corrigat inobedientes , quod eius fi-
des corroboretur , tot martyrum testimonio .

Ponam

Ponā igitur , inquit , Samariam : elegātissimē
certe propheta euersæ vrbis typum nobis
ante oculos ponere videtur , hisce omnibus
verbis : Ponā Samaria in aceruum lapidū in
agro cū plantatur vinea . Licet Paraphrastes
Calde⁹ in numero plurali dixerit , in aceruos
agrorum . Sic psal . 78 . de Hierusalem dictum
est . Posuerunt Hierusalem in aceruos la-
pidum . Sic etiam de Babylone Ieremias lo-
quens : Et erit Babylon in tumulos . Sed fre-
quenter admouimus in nostra interpreta-
tione psalmorum , Hebræam esse Phrasini
nec rāram quidem numero singulari vti pro
plurali , vt non sit opus in hac re clara & ma-
nifesta diutius immorari , aut loca aliqua
adducere cùm tam multa passim fese nobis
offerant . Solent agricultores cùm vineas
plantant in locis laxosis , ex fossis lapi-
des extrahere , quos in cumulos & acer-
uos redigunt , ne vitibus officiant , aut im-
pedimento sint : & sic paſsim in vineæ
plantationibus reperimus lapidum acer-
uos . Sic , inquit , fiet de Samaria : varios
hinc inde aceruos lapidum ex 'structuris
corrūentium videbitis . Erit enim instar vi-
neæ nuper plantatae , vel quia cùm vineæ

D 4

plantari

plātari incipiūt, videamus non tantā adhibe-
ri curā vt custodiantur, sicut posteacūm fru-
ctus ferūt. Primūm enim satis esse putant ag-
gerem constituere quo aliquo modo custo-
diatur vinea, idq; lapidibus aggestis, ac su-
perimpositis, sine cemento, & sine calce ali-
qua. Sic, inquit, Ponam ego Samariam antea
munitissimam vrbē, castellis atque arcibus
ex lapide quadrato optime muratam, quasi
acerium lapidum, vt non aliquid aliud esse
videatur, quām lapidum aceruuſ in agro cū
vinea plantari incipit, Lxx verō & si non ea
dem verba, sensum tamē eundem reddide-
re, quorum interpretationem in commenta-
rijs amplectitur Hiero. Ponā, inquiūt, Sama-
riam in pomorum custodiā in agro, Ponā
illam, vt nihil præ se ferat, præterquam for-
mam inanēm ciuitatis, erit quasi pomarium
cui non adhibentur tam validi muri, sicut
passim in locis montanis ad pomaria custo-
dienda fieri videamus. Erit veluti tugurium
quoddam, quale cōstituere solent pomorū
custodes ad custodienda pomaria. Quod de
Hierusalem, vrbē illā adeō illustri, vt illam
delicias vniuersi orbis Ieremias appellaue-
rit, ab Eſaia. i. c. dictū esse videamus: Et dere-
linquetur

linquetur filia Sion, sicut vmbraculum in vi-
nea, & sicut tugurium in cucumerario, & vt
vno verbo dicat, sicut ciuitas, quæ vastatur
in vastitate hostili, in qua omnia ruunt, om-
niaq; funditus deſtruuntur. Verum Lxx ad-
dunt, & cū illis consentit Pagninus, & ver-
ba Hebræa hunc ſenſum aptius recipere vi-
dentur: Et in plantationem vineæ, quaſi di-
cat, talem illam ponā, vt in illo loco, in quo
ſita erat, vineæ plantentur, & non amplius
adſificetur. Quia enim Samaria in montibus
ſita erat, & vineta in montibus plantari fo-
leant, dixit: Ponam Samariā in plātationem
vineæ, non adſificabitur, quia vineę ibi plan-
tabuntur, & ſic 4. Reg. 17. cum dicitur: Addū
xit aut̄ rex Affyriorum, viros de Babylone,
& de Cutha, & de Ahaiat, & de Emath, & de
Sepharuaim, & collocauit eos in ciuitatē Sa-
mariae, & habitauerunt in vrbibus eius: non
dixit, quod habitauerunt in Samaria, quia
ſic deſtructa mansit, vt nequaquam iam ha-
bitationi aptus eslet locus. Et licet legamus
poſtea apud Iosephum lib. i. de bello Iudai-
co cap. 16. Herodēm illam adſificasse, & in
honorem Auguſti Cæſaris Sebasteū co-
gnominasse, non tamen ad eam vrbis ampli-

tudinem iterum est ædificata, ut caput esset regni sicut antea erat.

Et detrahām in vallem lapides eius.

Q Via, ut diximus, Samaria in edito loco sita erat, destruendo ciuitatem, id contingere necesse fuit, & fundamenta eius reuelabo.] Tāta quippe ruina erit, & tanta vrbis euersio, ut non solum parietes, & ædificia corruant, sed fundamen-ta ipsa usque ad extremum lapidem euellā tur, præ militum indignatione contra illam ciuitatem quæ tribus annis restitit, nec expugnari potuit.

Et omnia sculptilia eius cōcidētur, omnes mercedes eius cōburentur igni, omnia idolei eius ponam in perditio-nē, quia de mercedibus meretricis con-gregata sunt, usq; ad mercedem mere-tricis reuertentur.

P Ergit propheta per singula, vrbis euer-sionem describere, ædificia omnia di-xerat funditus esse euertenda, neque idolis etiā, neque ornamenti templorum, & do-narijs

narijs, neque etiam ipsis templis parcerunt, sed omnia coruent, & quæ reliqua fuerint igne comburentur, & singula si bene con siderentur rem ipsam exaggerant, atque extollunt. Conincidentur, inquit, sculptilia omnia: licet enim milites idolorum cultores sint futuri, per quos euertenda est Samaria, nequaquam tamen idolis Samariæ, & sculptilibus eius parcent. Cum enim ex auro & argento illa fabricata sint, aut auro & argento tegantur, ut aurum & argentum de trahant, nulla suæ religionis habitu ratione, sculptilia ipsa confringent: tantum militum auaritia poterit, ut nec dijs suis parcat. Quod nequaquam in Barbaris hominibus, & omni prorsus religione parentibus mirū esse deberet, sed quod inter Christianos, & vera omnipotentis Dei religione præditos, nec templis ipsis nec sanctorū imaginibus, imò (quod non sine lachrymis proferri pos-test) nec ipsis locis nec apothecis, in quibus sanctissimū Christi corpus cōtinetur, venia aliqua cōcedatur, id quidem mirum videri debet, proh dolor. Et omnes mercedes eius comburentur igni.] Quia tribus annis exercitus Aslyriorū Samariā obsedit, 4. Reg. 17. Ideo

Ideò milites præ nimia animi indignatione sicut perpetuo cōtingere videmus, omnibus phanis templisque spoliatis, igne mittentes in ipsam ciuitatem, omnia quæ relicta fuere, igne cōbussere, & sic dicit propheta, omnes mercedes eius comburentur, omnes Samariæ diuinitæ, omniaque bona quæ sibi à falsis dijs tradi existimabant propter religionis cultum quem illis exhibebant, tanquam in mercedem, & premium sui cultus, nec à falsis dijs liberari poterūt, quia enim omnia illa bona quæ habebant & diuinitas omnes acceptas ferebant falsis dijs, & ab illis sibi tribui existimabant tāquam mercedem & premium sui cultus: Ideo mercedes omnia illa appellat. Si enim Oseæ 2. hoc affirmari videntur, Vadam, dicebat gens illa, post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, & lanam meam, & linum meum, oleum meum & potum meum, & hēc nesciuit, quia ego dedi ei, inquit, Dominus, frumentum & vinum, & oleum, & argentum multiplicauit ei, & aurum quæ fecerunt Baal. Iuxta falsam ergo eorum existimationē, Micheas, omnia illa, mercedes appellat. Non desunt autem quæ aptius ista verba vertūt, & forsitan magis ad rem

ad ré, dè qua agebat propheta. Et omnia donaria eius igni cōbūrētur, quia dixerat sculptilia esse cōfringenda, propter aurū & argētū quo erant ornata & texta, addit, & tēplorum donaria quæ diuersi reges templis idolorum donarant, omnia anathemata, quæ in Deorum honorem in templis pendebāt ad templorum ornatū, igni comburentur, & huiusmodi ornamēta, atq; dona, mercedes appellavit, comparādo idola meretricibus: Ita enim illi idolis suis dona concedebant, sicut & meretricibus amatores illarū, & preci dona concedere cōsueuerūt in voluptatis mercedem, quam ex illis capiunt. Comparatur enim frequēter in sanctis scripturis idolorum cultus fornicatiō: est enim fornicatio quædā spiritualis. Omnia igitur illa quæ idolis suis donarunt, preciosiora quidē milites accipient, reliqua autē quæ asportare nequibunt, igni cōburentur. Et (quod amplius est) omnia idola eius erunt in perditionem, idest, omnia idolorum tēpla per idola enim idolorum tēpla intelligit, nā de idolis iam dixerat, licet enim idolis propter aurū & argentū nō sit parcendum, nec donarijs tēplorū, ex auro & argento, & serico forsitan cōtextis, at

tis, at tēplis ipsiſ honor & religio haberis oſlet, eo maximē, quia nulliſ ſui militibus eſſe potest templorum euertio, dicit: Nec etiam tēplis parceretur, ſed omnia diſperdetur, atq; diſſipabūt, & funditus euertentur, illa oſa ponam in perditionem: & ſic trāſtulit Iona thas, omnia phana timorum eius, ideſt, que illi maximē honorant & reuerētur, & in ma ximo preſio habent: illa ego omnia diſper dā, & reddit cauſam, quare iſta omnia fieri permittat, dicens: Qui a de mercedibus meretricis congregata ſunt, viſque ad mercedem meretricis reuertentur. Quia non ſunt diſimilia illis doniſ quæ meretriciſ do nantur, ſed fornicando cùm falſis dijs omnia illa confeſſerunt, & quia ex fornicatiōne, & queſtu meretricio ſunt cōgregata, ducentur illa ad aliā meretricē, ideſt, ad Ni niuē: & milites, ſuis idoliſ illa donabunt, nā quicquid preſioſum in Samaria inuenérūt, tulerunt ſecū in Ni niuen, vt idoliſ offerrēt ſuis, quaſi in gratiarū actionē pro mercede victorię contra Iſraelitas. Et ſic Ionathas trā ſtulit, quia eīn cultores cultus alieni, inuadēt eā, ideò ad cultores idolorū omnia iſta per uenient, vel quia omnia illa ob peſſimū cultū

quem

que Samaria colebat congregauerat, viſq; ad mercedē meretriciſ, reuertentur. i. redigētur in nihilū cum cōburentur igni, quia proni hilo cōgregata ſunt (eſt eīn nihil idolum, & idolorū cultus) ad nihilū redigentur: appellat enim preſium meretriciſ nihil, eſt enim meretrix nullius preſij. Sic Prover. 6. dicitur, preſium meretriciſ, vix eſt vnius panis.

Super hoc plangam & vlulabo, vadā ſpoliatus, & nudus, faciam planctū ve lut draconum, & luctū quaſi struthion um, quia desperata eſt plaga eius.

P Utat Hiero. prophetā facere quaſi propoſeia Dei, & ſub perſona ſua inducere plangētiſ affeſtū, & dicit: Super hoc plangā & vlulabo, vadā ſpoliatus & nudus. Decem eīn tribus perdiſi, & faciā planctū, velut dra conū & luctū quaſi struthionū, &c. Ita & ego ſine filijs ſpoliatus & nudus incedā: & hoc faciā quia desperata eſt plaga ei⁹. i. Samarię. Cūm eīn prophetā mala plura narrasset, & ingentem calamitatē ſuper Samariā venturam, ſic per ſingula enumerasset, dicendo in perſona Dei: Ponam Samariam in aceruum

lapidum

Japidum,&c. Vt ostendat nequaquā delectari cūm pœnas sumit, atque supplicijs affici suos, inquit: Super hoc plangam & vlu labo, si enim nos diligenter sacras euoluamus scripturas, nihil equidem neque diligētius neque accuratius in illis tradi reperiemus, quia vt doceant nos, summum erga homines dei amorem, eius humanitatem & benignitatē erga illos veluti penicillo describunt: tota plena est amoris, & benevolentie, tota beneficijs Dei hominibus collatis scatet: singulis verbis singula beneficia commemorat hoc hominibus persuasum esse conatur, & omnibus modis illis hoc clare atque aperte ostendere satagit, hac de causa patienter agere atque tamdiu expectare, vt misereatur nostri Esaïe 30. Nolle morte peccatoris, sed vt conuertatur & viuat Ezech.c. 18. sua benignitate atque longanimitate ad pœnitentiam adducere peccatores, ad Rom. 2. Nihil non agere antequam ad supplicium de malis sumendū accingatur, prius minatur, prius admonet, prius prophetas mittit, cunctatur, remoratur: & tandem, cū hēc omnia incassum abire videat, cū frustrā hēc oīa facta esse intelligat, cū frustrā omnia hēc apposita reme-

1. Pet. 3.

dia cognoscat, alias excogitare vias cogitur pœnis, afflictionibus, tribulationibus, flagellis suis erudire conatur, & ad meliorem mē tem: vel sic reducere nititur, vt eleganter docet Chrysoft. homil. 4. de fato siue de prouidentia, eō omnia ista tendunt, eō à Deo diriguntur, ne in eā in homines insaniā deueniant, vt Deum existiment illos odio profici qui cūm affligit, cūm torquet, cūm varijs afficit supplicijs, cū in captiuitatem abire permittit, & mala immittit, ne hominum ingenio Deum metiantur, qui nō vulgari afficiuntur voluptate, cūm de hostibus & aduersarijs suis vindictam sumunt. Ideo ergo scripturæ sacræ atque viri diuino spiritu afflati, frequenter inculcant signa aliqua exteriora: quæ doceant etiā tunc nequaquam ex odio & malevolentia illa fieri: tantum absolvit tunc aliquam voluptatem capiat, cūm vindictam sumit, vt si fieri posset, veluti diligentissimus pater, cūm filium flagellat suum, doleat, tristetur atque maximè compatiatur, Sic Genesios 6. cūm videret omnem carnem viam corrupisse suam, in omnine flagitiorum genus homines fuisse colapsos, cum omnibus tentatis remedijis ut

E de

de Deo credere parest , nihil profecisse in,
telligeret , cùm grauissimū de omnibus su-
mēre suppliciū vellet , cū hominem quē for-
mauerat delere decreuisset , ne odio illorū
ista fieri , aut quia delectaretur in perditione
moriētium quis existimare posset , grauissi-
mis quidem verbis contrarium persuadere
nititur . Præcauens in futurū & tactus dolore
cordis intrinsecus in ea prorupit verba : De-
lebo , inquit , hominē quem creaui à facie ter-
ræ , nō gaudēs hoc faciēdo , sed potius intrin-
seco dolore cordis se esse affectum , ostēden-
do nō voluptatē capere vllā , sed si fieri posset
summo dolore cruciari , plus doloris caper-
quā ipsi homines quibus poena ipsa infligi-
tur . Sic Esaię 1.c. cū omnibus tētatis remedij
nihil profecisse conqueretur : Heu , inquit ,
ego , cōsolabor super hostibus meis , & vindi-
cabor de inimicis meis , & conuertā manum
meā ad te , & ex coquā ad purū argentū tuū .
Prius heu , inquit , inuit⁹ cogor ista facere , sed
facere necesse est & si dolore afficiar . Sic c.
10. Vę Assur virga furoris mei . vę , inquit , ni-
vestris peccatis facitis , vt rege Assyriorū vta-
tāquā flagello irę meę & 42 . Tacui , silui sem-
per , vt parturiens loquar , ecce graui pressu
dolor

dolore qualis est parturientium , ad vindic-
tam sumendam accingor . Sic ergo Micheas
cum Deum introduxit , sic aspere mi-
nantem mala , sic per singula discurrentem
supplicia , vt veluti narrando videretur vo-
luptate affici . Hæc quæ sequuntur addit ver-
ba : Super hoc plangam & v lulabo , vadam
spoliatus & nudus , &c . Non potuit pro-
pheta grauioribus verbis hanc falsam opini-
onem expungere ab hominum pectoribus ,
quam sic lachrymātem & eiulantē inducen-
do Deum , illi tribuens quæ in illo nequa-
quam esse possunt , sed hominum ingenio
se accommodans , sicut in multis alijs , scrip-
turam facere videmus . Et hac ratione , mea
quidem sententia , doctissimus Diuus Hiero-
nimus Deo forsan hæc esse tribuenda
verba existimauit . Adde quia prophetam
verbis superioribus Deum introduxisse
loquentem videbat , & nullam fuisse factam
personarum mutationem . Verum cum
tam frequens apud prophetas (vt ipse met
author est Daniel II . Esaię 3 . & 20 . & Je-
remię 8 .) huiusmodi personarum muta-
tio contingat , & hoc esse vnum ex illis
quæ in prophetis difficultatem pariunt non

incongrue ab alijs hęc verba ipsius esse prophetę putantur, & ei quidem maximē conuenire primafacie quisquis legerit facile iudicabit. Cūm propheta calamitatem in gentem prædixisset, & euersæ vrbis typum ante oculos legentium clare atque manifeste collocasset, vt non narrare gesta sed rem geri videamus, patriæ suorumque com motus amore, ferre nequaquam potuisse videtur siccis oculis hęc narrare, atque ideo in hęc verba prorumpit: Super hoc plangam & vulabo, ob tantam pulcherimę vrbis desolationem, atque regionis vberimę calamitatem, nequaquam à lachrimis temperare possum, quod Ieremiā postea fecisse legimus cūm Hierosolymitanę vrbis admiraretur excidiū: Plorans plorabat Ieremias & lachrimę eius in maxillis eius. Et non solū, inquit propheta, lamentabili vtar voce, verum & habitu quoque corporis internū animi mei dolore explicabo atque aperiā: Vadam spoliatus, & nudus, spoliabo me vestibus meis, & quod nequaquam sani homines facere consuevere, id ego non renuam facere, quod & Esaiam fecisse legimus cap. 20. ex præcepto Domini dicentis: Va-

de

de & solue saccum de lumbis tuis, & calceamentum tuum tolle de pedibus tuis. Et subdit: Sicut ambulauit seruus meus Esaias nudus & discalceatus, sic minabit rex Assyriorum captiuitatem Aegypti & transmigrationem Aethiopiæ. Faciam planctum sicut draconum] Solet scriptura similitudinibus adhibitis eleganter explicare, quæ exoptat, quam si quibusvis verbis quantumcunque prolixis vteretur, imo sepius (quod alias docimus frequenter) vix aliquibus verbis potuisse hominibus exprimere, quibuscumque vteretur, quę vult, quam aliqua rerum naturalium adhibita similitudine. & sic duplē hic adhibet, alteram de draconibus alterā de struthionibus. Quantum autem intersit ut rerum illarū naturas cognoscamus, quas in similitudinem scriptura sacra adducit, eleganter docet D. August. lib. 2. de doctrina Christiana c. 16. Estote prudentes sicut serpentes, dicit Christus de serpente quod notum est, totum corpus eū pro capite obij cere ferientibus, quantum illustret sensum illum, quod Dominus iubet astutos nos esse sicut serpentes. s. pro capite nostro, quod est Christus, corpus potius per sequentibus of feramus

C O M M E N T A R I A I N

offeramus, ne fides Christiana necetur in nobis, si parcetē corpori negamus Deū, & subdit: Ut ergo notitia naturæ serpētis illustrat multas similitudines, quas de hoc animāte scriptura dare cōsueuit, sic ignorātia nōn ulorū animaliū quæ non minus per similitudines cōmemorat, impedit plurimū lectore, quod etiā idē Aug. docet in cōment. super psal. 57. tractā illa verba psalmi: Sicut aspides surdæ obturātes aures suas, & Chrys. & Theophil. Mat. 10. Plurimū ergo lucis afferret huic loco, q̄ horū animaliū naturas explicaret, quorū hic Micheas mētionē facit. Atque de draconib⁹ nihil equidē certi reperire potuim⁹, feroxaial esse dī & abhoīnū cōsuetudine lōgē remotū: illud autē quod à Hier. aferuntū legim⁹ afferemus. Sic em̄ ait: Dracones, referūt qui res naturales tractāt, cū elephātibus solitos pugnā inire, cū autē ab elephātibus vincūtur, terribili sibilo personāt ac conquerūtur. Sic ergo propheta: Eū, inquit, edā plāctū quē edere dracones solēt, cuius nemine futurum arbitror, qui cōmisereatur, sicut draconū null⁹ cōmiseretur. Quis em̄ de draconib⁹ aliqua cōmiseratione cōpatitur, cū eos horribili sibilo strepere ac v lulare ait. Et

M I C H E A E C A P. I.

36

dit. Et luctū quasi struthionum, siue filię struthionum, sicut in Hebrēo habetur. De struthionibus, siue struthocamelis, tā multa paſsim ab ijs qui de rerū naturis scribūt cōmemorantur vt super uacaneū esse duxisse, de re aperta & omnib⁹ tā facile nota, verba face re, aut chartas cōsumere, nisi viderē paſsim ab illis quā plurima ab omni prorsus veritate aliena pro veris vēditari. Quod quam alie nū esse debeat à scripturarū sacrarū interprete quisque me tacēte cognoscit, alienū nāq; esse oportet ab eo qui infallibilē veritatē explicat, fallibile aliquid interponere, ne indē aliquid authoritatis amittat, apud imprudētes saltē, summa quę ab eis narratur veritas. Quod cū nō tā diligēter à plerisq; qui plebi cōcionātur obseruetur, sed quę ipsi somnia uerint, & ab alijs ficta acceperint, rudi populo tradāt: cōtingit interdū vt sōnia etiā, & ficta esse auditores putēt, quæ vera & certissima scriptura narrat: nullū cōstituētes discri mē inter hæc & illa, q̄ illos maximē cauere oportuissit, id q̄ fecissent si alueolis cōcionū cōtéptis, ex sacrificiis doctorib⁹, & sacrificiis euolutis scripturis que plebi pponerēt, dignarētur haurire. aut si nō paſsi cuius sicut prudēter sane

in concilijs cauetur, concionandi potestas traderetur. Sed his solum, qui prudētia, & diligentia vtentes, veritatem omnino amarēt, & hanc pro viribus rusticis & idiotis obtrudere conarentur, nihilque illis proponerēt, nisi quod certa fide, aut à sanctis probabili-
ter dictum reperissent. Iam ergo quę de struthionibus certa esse reperimus, adducamus quibus illustremus locum quę exponere incepimus. Est struthio, vt passim videre licet, Avis magna, quae vesci prohibitum fuisse legitimus Iudæis Deut. 14. & Leuit. 11. Est autem avis nimiū agrestis, & quæ reperitur in maximis desertis, & vastissimis solitudinibus gaudens. Et sic Esaias de Babylone loquens, volens vaticinari illam ad summam solitudinem esse redigendam, & prorsus esse defolandam, non melius explicare potuit, quā sic dicendo: Et habitabūt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi. Et c. 24. Erit cubile draconum, & pascua struthionū. & Ieremię 50. Redigetur ad maximam solitudinem & habitabunt ibi struthiones. & sic Iob vt hoc explicaret dicebat: Socius fui struthionum. Dicitur aut ab Hebreis hæc avis נָעַנְתָּ בָתִ יַהְוֵה bat Iannah, ab vlulatu sic dicta, נָעַנְתָּ Ianah, vlulare significat

significat vnde quidam hanc vocem vertunt interdum vlulam, & Lxx in hoc loco Syrē. Dicitur verò נָעַנְתָּ Batianah, in scriptura. i. filia struthionis: eo quod homines femella vesci solent, & cùm adhuc parua est, teste Kimhi in libro Michlol. At hoc de natura huius avis narratur: Struthiones nequam incubare sua oua solere, sed in arena relinquere, vt arena calore fota mafurescant non visu illa fouere sicut quidam affirmarunt. Id autem facit, nam ferè implumis cùm sit calorem ouis concedere nequit. Pretereà adeò magna atq; grauis, quod potius pullis impedimento atque detrimēto esset: & sic oua potius relinquunt sua, nec eorū cura aliqua tangitur. Quod de struthione lob. 39. reperimus, de illa enim loquens, inquit, De reliquit oua sua in terra, tu forsitan in pulvere calefacies ea: obliuiscitur quod pes cōcul cet ea, aut bestia agri conterat, duratur ad filios suos quasi non sint sui. Nam cùm pulli exierint, nequam sicut cæteræ aues eos fouet, aut alimenta subministrat, sed statim cibum sibi querere coguntur: qui cum fame premantur, grauissimos edūt vlulatus, quorum neque parentes commiserentur. & ad hoc

hoc alludés Iere. Threnorū 4. dicebat: Filiā
populi mei crudelis sicut struthiones, & hoc
(volēs indicare Micheas dixit: Et luctū quasi
struthionū. Nā mei luctus, & doloris, nullus
miserebitur, quod dolori dolorē superadde
re solet. Et hoc, inquit, faciam, qm̄ desperata
est plaga eius. i.e. est magni doloris: Dic̄tio em̄
Hebreā וְעַזָּה hanosah significat dolorē ve
hemētē, qualē hi qui fame pereūt patiūtūr,
quia iā nullū curationis genus recipit plaga
ista, & sic nequaquā flectere potero plaga
huius authore. s.l. Deū, nulla est spes huius pla
gæ tollēdē, qā ipsi sūt insanabiles. Sic Ierem.
3. dicitur: Quid clamas ad me, insanabilis est
dolor tu⁹. Fieri, q̄ si dicat, nequit, quin Hiero
solymitani captiui ducātur, & sic Oseq. 1. di
ctū est: nō addāltra misereri dōm⁹ Israel, &
c. 9. Nō addā vt diligā eos, Lxx vero hūc lo
cū & verba ad aliū retulisse sensum vidētur,
nec incōgrue quidē, mea sentētia, sed valde
cōueniēter, nā cūdixisset propheta oīa ḥdi
ficia Samariæ esse destruēda funditus, & scul
ptilia, & tēpla & donaria cōburēda, posset a
liquis interrogare quid fiet de hominibus?
quid regionis habitatores faciēt? Respōdet
secūdū Lxx translationē: Propter hoc plan
get atq; lugebit, ibit discalceatus & nud⁹, fa
ciet

ciet planctū quasi draconū, & luctū quasi fi
lia Syrenarū, quia obtinuit plaga eius, & Pa
raphraſtes Caldeus Ionathas, ad istū ſentū
iſta verba explicuit, vndē, vt bene intelligā
tur, addēda eſſe aliqua R.D. Kimhi putat. i.q
cūq; eiulatiū, cū tot mala, atq; acerbavideat
plagēt, atq; lugebit, ibit ſpoliat⁹ & nudus ve
ſtibus ſuis, quibus exuerūt illū, aut ibit ſpo
liatus rationē, quaſi turbatus homo præ ni
mia anguſtia. Et hoc modo intelligēd⁹ eſt lo
c⁹ ille lob. 12. vbi nos habemus in Latina ḥdi
tioē: Qui adducit cōſiliarios in ſtultū finē, ha
betur in Hebreo לִבְנָה, q̄ dictionē hic vertit
ſpoliat⁹, & iuxta hāc versionē illic erat dicē
dū: Qui adduxit cōſiliarios ſpoliat⁹. s.rōe.
& ſic alij vertūt, qui abulare facit cōſiliarios
tanq; insanos & errantes ob ſtuporē cordis.
Vndē n̄ interpres ſensū potiū quā verba at
tēdēs, ſic interpretatus eſt: Qui adducit cōſi
liarios in prauū finē, nā turbat⁹ homo, & ſpo
liatus rōe, in prauū finē oīa dirigit. Maximos
etiā ḥdēt clamores & v lulatus, & nullus erit,
qui eorū milereatur, nec ipſimēt parentes, à
quib⁹ ſūt progeniti, cū oē ſimul in captiuita
tēducātur, & hoc faciēt quia obtinuit plaga
ei⁹: nō em̄ quomodo cūq; plagi ſūt, ſed ve
hementer, vt iam malum reparari nequeat.
Quia

*Quia venit usque ad Iudam tetigit
porta populi mei usq; ad Hierusalē.*

INcepit ista plaga, & afflictio à Samaria ut constat 4.Reg.17. sed etiam venit usq; ad Iudā, Sénacherib enim ut refertur 4.Reg.18. ascendit ad vniuersas ciuitates Iudeæ munatas, & cepit eas, & peruenit ad portam ciuitatis Hierusalē eius exercitus (quæ dicitur porta populi mei) cap. citato Esaia 36. referatur, Senacherib Assyriorum Regē ex Lachis Rapsacen misisse in Hierusalem, & Rapsacē cùm exercitu peruenisse ad portam Hierusalem, sicut Iosephus docet, lib.10. antiquitatum c.r. At hic propheta insinuat, ad quam portam ciuitatis. Nam eadem nocte occisi sunt eius milites, ad portam f. Populi mei, sic forsitan dicta, quia illa erat cōstituta dece tribubus, qua ingrederentur cùm ascēdebāt Hierusalem ad adorandum in téplo, & ad sacrificia offerenda, quia cùm Ieroboam vitulos fecit, ut populus decem tribuum sibi subditus nequaquam Hierusalem ascēderet, nō sic prohibere potuit viros religiosos, & qui bus lex Dñi curæ erat, ut Hierusalē nō ascēderent, ad adorandū Dñm in templo illo, in quo

quo illū peculiariter habitare existimabāt. Nec legimus aliquādo, ne hoc fieret à regib⁹ Hieroſolymitanis fuisse prohibitū. Verum constitutam illis, videtur rationi cōsonum, portam vnam ciuitatis, qua illis ingredi lice ret, & nō alia, sicut fieri videmus illis in vrbi bus quē in regnorū finibus sunt cōstitutę. Licet em̄ inter confines bellum nō sit, sed pax, nequaquam tamen alienigenis, omnes patēt ciuitatis aditus, sed quadam signata porta alienis ingrediendum est, & per quasdā plaeas solum deambulandum : ne occasione aliquam habeant, aut infirma, aut ciuitatis præsidia explorandi. Sic ergo porta illa qua ingredi licebat decem tribubus, dicebatur porta populi mei. Et usque ad illam, illud vhemens malū venisse dolet. Et sic ultra decē portas quas aliqui affirmant, solum scripturam cōmemorare, ciuitatem terrenam Hierusalem habuisse: hic Micheas, alterius etiā mētionem facit, & sic credere par est etiam, aliam fuisse cuius non fiat mētio, & credendum esse D. Augustino ad miraculum usque eruditissimo afferenti in psal. 86. ciuitatem Hierusalē 12. habuisse portas, & sic quod de mystica & cælesti Hierusalem dicitur Apocalyp.

caly. 21. q̄ habebat 12. portas, etiā deterrena
verū sit dicere, etiā in hac re cēlestē figurās sit
*In Gethnolite annuntiare lachrimis,
ne ploretis in domo pulueris, puluere
vos conspergite.*

Illud in primis annotare diligenter lecto
ré volum⁹, in verbis quæ sequuntur in hoc
priori capite, tanta illa nodis inexplicabili-
bus esse inuoluta, vt vix sensus à prophetā in-
tētus percipi posset, atq; ita in interpretatio-
ne variare interpretes, vt ipsa variatio satis
ipsius prophetā difficultatē indicare videa-
tur. Quod candidē intelligens, vt erat cādi-
do ingenio prēdictus D. Hieronymus, studio
sorū omniū merito patronus & dux, cū hæc
verba incipit explicare, in hæc verba pro-
rumpit: Multum Hebraicū à Lxx interpreta-
tione discordat, & tantis tā mea quā aliorū
translatiō difficultatibus inuoluta est, vt si
quando indiguimus spiritu Dei (semper aut
in exponēdis scripturis sanctis illius egeimus
aduētu) nūc maximē eū adesse cupiamus. Et
in fine sic ait: Hucusq; secundum Hebraicū
vt potuimus, & vt nobis viſum est, certè vt
ab Hebræis audiuim⁹, quasi inter saxa & acu-
tissi.

tissimos scopulos nauiculā nostrā reximus,
quæ vtrū intrauerit portū, an adhuc in fallo
fluctuet, lectoris erit prudentiæ iudicare. Et
postea subdit: obsecro lectorē, ne necessitatē
volūtati putet, & expositionē prolixā verbo
sitatē existimet: magisq; miretur in locis tā
asperis me aliquid inuenire, quā quicquā eo
rū, quę dicēda sunt nō prætermittere. Hæc
ille. Et sic vir doctissimus est interpretatus,
vt vix percipi possit, quid sibi sua interpreta-
tione voluerit, magnis crede mihi coque-
batur angustijs, nec sibi satis quę afferebat vi
debātur placere, quod ipse cādido animo in
dicare videtur, cum prudentiæ lectoris iudi-
candum relinquat, quod si in hoc dissoluē-
do nodo plura quam lectori par erit in me-
dium adduxerimus, dabit veniam precor,
hoc nāq; qua possum⁹ diligētia curamus, vt
auditorib⁹ (quos nō sempadeō doctos, & in
scripturis versatos nacti sum⁹) claris verbis,
licet aliquātū plixis (ncbreuitari studētes ob-
scuri efficiamur) tradam⁹ doctrinā. Et certè
in tāta obscuritate atq; dictoriū caligine, nul-
la mihi verba plixa esse cēfetur, & maximē
illa quæ vltucē adferat necessaria sūt. Prima
aut horū verborū difficultas in hoc cōsistit,
q̄ interpres nominapprīa vrbī illi⁹ regiōis

pro appellatiis usurpantes rem totā cōfunden, & inter alia loca quæ Santes Pagninus vir Hebraicæ linguæ peritissimus, in epistola sua ad Clementem septimum pontificem maximum adducit, vt suam tueatur sententiam (contra alios viros doctos, qui de hac re libris æditis nostratempestate contendunt) hanc vulgatam æditionē, qua nunc vti tur ecclesia nō esse Hieronymi hic unus est eò quod adiectua nomina, vel substantia pro nominibus vrbium posuerit, quod nō erat facturus vir doctissimus Hieronymus. Solethoc in scripturis sacris haud mediocri obscuritatem parere, nomina propria pro appellatiis usurpari, aut è cōtra, si nomina appellatiua quis propria esse putet. Sic clarius intelliget locū psal. 75. Factus est in pace locus eius & habitatio ei⁹ in Sion, qui aduerterit loco pacis, haberi in Hebreo, factus est in Salem locus eius, quod statim alijs verbis explicuit, sicut in psalmis frequenter fieri ad monuimus, & habitatio ei⁹ in Siō. Sic Gen. 33. habetur: Trāsuiit Iacob in salē, putauit interpres nō propriū loci esse, cū tamen hic sit appellatiū, & sic vertendū: Vénit Iacob salūs, siue pacificus in ciuitatē Sichen. Sic cap.

34. di-

34. dicitur, Salemin. i. pacifici sunt viri isti. Sic à magnis difficultatibus, multos liberas- set interpres. Si Iosue 14. cū dicitur, ibi Adā maximus inter Enachim sepultus est. nō appellatiū constituisset, ne primi parentis nomen proprium esse existimaret lectors, sicut multos existimassemus sic ibi ad verbum habetur: Ibi homo maximus inter gigates sepultus est, qui dicebatur Arbe, atq; indē dicta est ciuitas Arbe. Potuisse equidem multa huiusmodi exempla congerere & in medium adducere, quæ passim inter legendum auditoribus annotauimus, & maximè luper Gene. cap. 2. super illa verba: Plantauerat Deus paradisum voluptatis à principio. Sed satis erit vnum aut alterum adduxisse locū, & pro maiore claritate Martini nostri Martinez, viri & linguarū peritia & multiplici sanctorum patrum lectione clari, verba adducere lib. 2. hypotyposeson c. I. sic ait: Annotabis interpretem nostrum sèpè nomina propria Hebraica, Latinę reddidisse linguæ, quod fieri non debet, ne ita detur ansa allucinandi studiosis, vt nesciant sit ne proprium nō men an appellatiuum. vt si dicere: Dilectus dixit in psalmis, pro David: dixit &

F pax

pax ei^o in proverbijs, pro Salomone. Huius-
ce rei multa sunt exempla apud Oseam c. i.
Loruchama est nomē proprium mulieris, in
interpretes tamen transtulit absq; misericor-
dia, & Lohami nomē viri & interpretatur, nō
populus meus. & apud Esaiam cap. 7. vo-
catur filius Esaiæ, relictus est Iasub. & postea
cap. 10. Reliquæ conuertentur, cum sit no-
men proprium Seriasub. Genes. 1. appella-
uit lucem diem, pro lucē, ion. & vocauit te-
nebras noctem, pro tenebras, laila. i. noctem
& vocauit firmamētum cælum: pro Samain,
. i. cælos. Innumera huiusmodi inueniet, qui
nouerit esse vitium dignū animaduersione
hæc ille. Quod equidē in hac parte quam in
interpretari conamur suis demōstrabimus lo-
ci sed quia vt Aug. docet, lib. 2. de doctrina
Christianæ c. 12. diuersitas interpretationum
plus adiuuat intelligentiā quam impeditat,
si modò legentes nō sint negligētes, nam nō
nullas obscuriores sententias plurium codi-
cum səpē manifestauit inspectio. Ideò va-
rias in hoc loco interpretationes adducam,
earum quas ecclesia recipit, vel saltim non
reijcit, quippe ex omnibus facilius collige-
mus veritatem. Nostra vulgata æditio, &

Hier.

Hieronymus sic habēt: In Geth nolite annū-
ciare, lachrymis ne ploretis, in domo pulue-
ris puluere vos cōspergite. Lxx verò sic: Qui
in Geth nolite magnificare, qui in Bachim
nolite reædificare, ex domo derisum, terra
aspergite derisum vestrū. Pagninus: In Geth
ne annūcietis, flēdo ne fleueris. siue vt Vata-
blus: Omnino ne ploretis, propter domos
Ophra puluere inuolue te ipsam, aut in pul-
uere volutato, vt Vatablus. In prioribus
quidem verbis consentiunt, Vulgatus, Hier-
onymus, Pagninus, & Vatablus: In Geth
nolite annunciare, lachrymis ne ploretis.
Lxx longè dissentientibus qui sic habent: In
Geth nolite magnificari, forsan delusi quod
verbum נָגָד, Nagad, quo vtitur Micheas,
quod annunciare sine controuersia signifi-
cat, ipsi legerunt נָגָל, Gadal & sic נָגָלְתִּי.
Tigadlu corrupte, quod significat magnifi-
care. tū & dictionem בְּכָה, Bacco putarūt
esse nomen proprium vrbis, & sic verterunt
In Bachim nolite reædificare: verbum enim
quod sequitur בְּכָה לְאַלְבִּיכָה, Altibechu reædifi-
care. forsan delusi litterarū similitudine, si-
cūt səpiùs fecisse legimus p verbo בְּכָה Ba-
chah quo vtitur hic Micheas, legētes בְּכָה, Ba-
nah quod ædificare significat: dictionē autē

C O M M E N T A R I A I N

sequentem נְפָרֵת Leaphra, interpretantur derisum, Hieron. puluerem, Pagninus & Vatablus nomen proprium vrbis esse putant: Illud adhuc circa lectionem hāc filētio p̄terire nolui, quām eleganter propheta ad singula verba quā primū profert, poste à in sequentibus alludat: quam elegantem verborum allusionem nec Latinus, nec alterius linguæ interpres seruare potuit: qua delectatione & gustu scripturarum sacrarum priuari videmus Hebraicę linguę cognitione penitus ignaros, qui ne quaquam oculis consipientes, nitorem atque elegantiā prophetarum ideo eorū lectioni minime afficiuntur. Iam ergò his sic annotatis supereft, vt ad verbōrū horū intelligentiam explicādam accedamus. Et primò, licet hāc verba & quę in hoc capite sequūtur, Deo, vt D. Hieronymo placet, & ipfis exulātibus vt alijs videtur, ac cōmodari optimè possint, & illis conuenire videantur. Verum magis (mea sentētia) hēc verba ipsius esse prophetę videntur, & ab illo proferri cùm maximo dolore, cū singulu & lachrimis. Conuertitur enim propheta ad ciuitates circumuininas, vt homines ad iuictum & lachrymas prouocet. & licet omnis

M I C H E A E C A P. I.

43

nis Israelitarum regio fuerit desolata, & omnes decem tribus in captiuitatem ductæ, verum ciuitatum quarundam illius Regionis mentionē facit: vel quia forsan illa duriora sunt expertæ quam aliæ, aut aliquid in eis reperit, cuius ratione licet nobis ignotum, dignæ visæ sunt, quarum in tanto dolore mentionē faceret: vel quod probalius esse videatur quia in eorum nominibus significationē inuenit, iuxta quā alluderet, vt sic gratiorem redderet orationē, & vt verbis vtar Kimhi, linguam inuenit cadentem suprà linguam, aut significationē cadentem ad significacionem: vt si quis diceret, O tu Alba (quod nōmē est proprium oppidi iuxta Salmāticam) denigraberis. O tu Granata, granis omnibus priuaberis. Habet certè huiusmodi loquēdi modus elegantia plurimum & suavitatis nō parum, & quo cantores maximè delectātur. Alludere ad vocabula in carminibus plurimū delectare experiētia discimus. In Gath igitur, propheta inquit, nolite annunciare. Gath siue Geth, vt Regnorum testatur historia, vna est de quinque vrbibus Palestinae, inde fuit Goliath ille Getheus, quē Dauid occidit in prelio. apud regem Geth insaniam

F 3

finxit

C O M M E N T A R I A I N

finxit Dauid. i. Reg. 21. ibi habitauit Dauid per aliquod tempus i. Reg. 27. in illa gigantes fortissimi habitarunt 2. Reg. 21. Et licet cū ista assuereret ppheta, Geth eslet in potestate Regum Iudæa, tamen erant Getheis fuerū semper animo à Iudæis valde alieno, fuerunt perpetuo illorum infensiſſimi hostes: & licet fieri nō posset quin adeorū aures tanta Iudæorū calamitas peruenisset, tāta vbiū euersio, tā dura seruitus, affectū tamē lugētū exprimens, & prē nimio dolore qua si nō aduertēs (sicut ijs qui lugēt, contingere videmus) hoc Getheis celādum malum cōfūlit, etiam si lachrymæ abunde suppetāt, ratioque lugendi nimium vrgeat, at contine-re vos oportet, & à luctu paulisper cessare, ne Getheis aduersarijs vestris hoc concedatis gaudiū, ne illi ex vestris malis gaudio afficiātur. Simile Dauidem legimus dixisse 2. Reg. i. cum Saulis atque Ionathæ, suorūque audita morte plangeret: Nolite, dicebat, annuncia-re in Geth nec annuncietis in compitis Af-calonis, ne fortè letentur filię Philistim, ne exultent filię incircūcisorū. Ecce causam as-signat quare hoc ab illis celari velit, ne filię Philistinorum letetur, & pro hac re choreas agant,

M I C H E A E C A P. I.

44
agāt, ne occasiōne gaudēdi eis subministrēt. At fieri nequaquam poterat hoc à Getheis ignorari, eò maximē quoniā ipsi fuere qui Sau-lé & Ionathā occiderunt, & qui victoriā cōsecuti sunt, & qui eorū corpora in muris sus-penderunt. Verum qui luget non hæc consi-derat, sed quæ desiderat voce exprimit, siue fieri possit, siue nō, minime aduertens, hoc est, quod ego velim ne hostes nobis infensiſsimi hoc sciāt, ne propter fletum nostrū ipsi letētur: solet inter alia hoc maximē crucia-re animū patiētis mala, solet maiores addere stimulos dolori, solet lachrymas augere plu-rimū, hostibus atq; inimicis irridendi occa-sionem atque subsannādi tradidisse. & his prēcipuē quibus infensiſſimus extiteris ho-stis, quales Getheos fuisse perpetuo in scri-pturis legimus. Quod apud Vergiliū Sinonē insinuasse legimus cū diceret: Hoc Ithacus velit & magno mercētur Atridæ. Sic Iulium Cæsarē cūm à pyratis captus esset, dixisse fer-unt, nō se tam egrè ferre quod captus esset, quam quod gaudio esset afficiēdus Marcus Crassus eius inimicus. Hoc apud Homerum Nestorem illum dixisse legimus.

C O M M E N T A R I A I N

Ω πάπι. οὐ μέγα τίνος ἀχαιδε γαῖαν ικανός.
Η τε γειθήσαι Πόλιας. Πρώτοι τε τάδε.
Αλλοι τε τέρης μεγά καν καχαροτα το θυμό,
Ει σφιντ τελε πάττα πονειστα μαρτυρούν.
Οι τέρης μὲν βουλὴ Δακαώ, πέρι δ' οὐ μαρτυρούν.
Hei mihi qui fletus quis meror Achæda terram
Afficit quam res Priamo feret ista suauem
Læticiam, Priamoq; satis quam Troes & omnis
Troia gaudebit tellus, animosq; superbos
Effret hostiles, huic vos decernere pugna
Verborum audierint studijsq; ardere nefandis
Irarum atq; odij qui cunctis rebus Achinius
Præstatis seu consilio, seu bella gerendo.

Solet etiam his qui in malis versantur & luctu, & aliquid solatijs trbuere, mala quæ patiuntur ab aduersarijs & hostibus ignorari suis, quæ regius vates vera esse ostēdebat cū psal. 78. tam flebiliter conquereretur de misera Hierosolymitanorū conditione. Illud inter alia nimis durum illis fuisse cōmemorat: Facti sumus opprobiū vicinis nostris, subsannatio, & illusio, his qui in circuitu nostro sunt. Si alieni nobis insultarēt, & quibus nullum vñquam malum intulimus, aut quibus ignoti eramus, id vel ferri posset. Verūm à vicinis irrideri, & subsannari, hoc dolorē, atque calamitatem auget. Idem cōquerebatur psal. 43. Posuisti nos similitudinē in gen
tibus

MICHEAE CAR. I.

45

tibus commotionem capit, his qui oderūt nos psal. 79. Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris, & inimici nostri subsannaue rūt nos. Sic Threnor. 2. inter alia grauissima mala hoc cōnumerat: Destruxit & nō pepercit, & lētificauit super te inimicū. Quod graui^{1. Cor. 4.} esse videbatur, quā illud, qd Paulus ait: Speculum facti sumus mundo & angelis, & hominibus. Hoc ergo, cūm grauissimè cruciare miserorū animos cerneret, & aliquod inde miseris solatium euēnire, quod malū ab aduersarijs & hostibus ignoretur, & ne sciatur, ceteros adhortatur, vt saltim hoc solatium præbeat afflictis, ne Gethæis hoc malum annuncient: Licet ab illis occultari ne quiuisset, vt lachrymas tegant, & cūm maximo affecti sint dolore, alacritatem simulēt, ne in singultus dolor irrumpat, ne aduersarij lātentur. In domo pulueris, puluere vos conspergite, in domibus puluere plenis, ex ruinis cadente, omnia tristitia signa ostendi te, ingredimini domos, licet puluere plenæ sint, ē ruinis, & ibi lugete, exterius aut continete vos à lachrymis, Dic̄tio aut̄ Hebræa, Aphar, qua hic propheta vtitur, certum quidem est, puluerem propriè significare, &

F 5 inde

בְּעֵפֶר אַפָּה וְעֵל עֵפֶר
inde cinerem, sic Gene.3. פְּנִים
qui Aphar atah ve hel aphar ta sub: בְּשֻׁבָּה
Puluis es , siue cinis, & in puluerem reuerte-
ris. Et Genes. cap.18. dicebat Abraham :
Ledaber el a- לְדָבֵר אֶל־אֲנָכִי עֵפֶר וְעֵפֶר
donai behano qui Aphar Behepher: Loquar
ad Dñm meum, cū sim puluis, & cinis. vt no-
ster habet: aptiusa sūt, cū sim puluis, & puluis,
vt minuat id quod dixerat , quod geminata
dictio apud Hebreos ostēdit, & sic iuxta hāc
significationē Hier. vertit: In domo pulueris
puluere vos cōspergite. Erat hoc maximū tri-
stia signū puluere in uolui, sicut Job. 2. legi-
mus, amicos illos qui ad cōsolandū venerū-
fecisse. Cūq; eleuāsēt procul oculos suos, in
quit text⁹, nō cognouerūt eū , & exclamātes
plorauerūt, scissis vestibus suis sparserūt pul-
uerem supra caput suum, & Ierem. 6. Filia, in
quit populi mei accingere silicio, & consper-
gere cinere, & quid hoc facto velit, explicat
Luctū vnigeniti, fac tibi, plāctū amarū. & sic
Job. 7. dicebat: Ecce nūc in puluere dormio,
& si manē me quæsieris, nō subsistā. Versor
in maximo dolore, atq; tristitia, & quæ me fu-
bito cōficiet. Et sic Esai. 47. Sede, dicit, in pul-
uere, virgo filia Babylō. & Ezech. 27. & super

iacient

iacent puluerē capitibus suis, & cinere con-
spergētur. & Ierem. 25. Vlulate pastores, & a-
spergite vos cinere optimates gregis. Nolite
ergo, annūtiare in Geth, lachrymis ne plore-
tis, omnino, cōtinete lachrymas, & interiōlo
lū signa tristitiae ostēdite, in illis locis cōsistit
te, in quibus qui dolēt versari solēt. At Pagni
nus & Vatablus, cū Paraphraste Chaldeo Io-
natha, & Hebreis, dictiōne, הַעֲמָקָה leaphra p-
riū esse nomē cuiusdā vrbis, sic dictæ existi-
māt, & sic vertūt: Propter domos Aphra pul-
uere cōsperge te ipsam. vt ad nomē vrbis allu-
deret quæ Aphra siue Ophra dicebatur, de
qua mētio fit Iudi. 8. quæ patria Gedeonis e-
rat, & forsitan huius vrbis mētio fecit ppter
id qđ gestū ibi narratur: quod cū filij Israēl,
donaria plurima Gedeoni cōtulīsēt ex auro
collato, atq; donis, Ephod fecerit, & posuit il-
lud in ciuitate Ephra, fornicatusq; est, inquit
textus, omnis Israēl in eo, & factū est Gedeo-
ni, & omni domui eius in ruinā. Propter do-
mosigitur Ephra, quas hostis demolitus est,
puluere in uolue te ipsam, magna tristitiae si-
gna ostēde. Illud tamē licet longa indigeret
consideratione, hic breuius quam res tanta
postulabat annotare libet, ne vltra limites
commenta-

commentariorum transfire videamus. Verbum Hebraicum quo hic vtitur noster propheta **תְּנִזְנֵן** hispala sit, cōtra omnē grāmatics rationem atque regulā legi, ac punctuari in nostris Biblijs Hebraicis, in illis etiam quā sortitus est D. Hieronymus, iuxta regulas à Grammaticis constitutas, in prima persona legendum erat spalasti, puluere in uolui me. Atq; ita hunc locum referūt etiā aliqui ex nostris, ex illis esse quos scribæ de prauarunt, & qui annumerantur inter tictum Sophrin.i.correctiones scribarū: se cundus modus deprauationis illorum erat, vbi id quod prophetæ scripserunt, dimittentes, non literas quidē mutauerunt, sed aliter quā scriptura naturaliter exigebat, pūctuare præsumperunt. & quidem harum correptionū tam multi viri docti & Hebræiç linguae peritissimi mentionem faciunt, & ita fuisse cōfentiunt, vt nephias quibusdam ex nostris videatur ab illis dissentire, & non illos ad vnguem hoc recte considerasse afferere aude re. Sunt in hac sententia, Jacobus de Valen tia, Figuerola Valentinus, Porchettus de Vi ctoria verbi, Adrianus finius, Joānes Driedo, Petrus Antonius Beuter, Petrus Galatinus,

qui

qui lib.3. de archanis scripturæ, cap.10. cū in ter deprauatos locos ab illis hunc consti tuat, sensum huius loci hunc fuisse existimat quod hic vaticinetur propheta, Deū humo vel puluere inuoluendum, & hoc in domo pulueris, quasi dicat, in corpore terreno, vel carneo, vnius virginis, quam domum pulueris appellat: puluere inuolui me, pro inuoluā more prophetarum .i. efficiar homo, qui ex puluere constitutus est. At verò cū hæc omnia satis, superq;, & ad naufragia vsq; in nostro de trāslationibus scripturæ tractatu, Talmu dica somnia esse ostenderimus (pace omniū sit dictum) ad illa diligentē transmittere lectorē decreui. Hoc unum saltem annotare hic visum est, aliud esse varias reperi lectiones in codicibus Hebraicis, aliud esse, codices esse corruptos, & id maximè ex indu stria, & consensu Synagogæ. Nam varias esse lectiones apertè fatemur, quas in Biblijs Cō plutenibus litera. O. superius posita, annota tas esse videmus. At inde nostra quā semper tuemur, apparet clarius sententia, incorru ptissima hactenus Biblia Hebraica māfisse, quod voluerint potius Hebræi omnē Grāmatics rationē falsam reddere quā literam mutare,

mutare, & quia in isto loco, varia lectio reperiebatur, sic reliquerunt, ut vtrah; lectio insinuaretur. At longe meliorē esse quā nostra Biblia habet, inde prudēs lector colliget, quod illā D. Hier. vir omnigena eruditione prætus elegerit, & sic modò in Latinis æditionibus, iuxta eius lectiōnē legimus in imperatiuo, sicut modò punctuatur, & quod literataph, ibi reperiatur ociosa, sed cùm de hac remulta abundè à nobis dicta sint, & auditores diligenter hæc annotasse intelligā, à carteris supersedeamus. Sequitur in textu.

Transit à vobis habitatio Saphir confusa ignominia.

SIc Hiero. Nam vulgatus legit, *Transfite vobis.* Lxx verò longe aliter: *Quæ habitas benè ciuitates eius.* Pagninus, *Transi habitatrix, saphyr nuda pudore, vel turpiterum defacta (sicut Vatablus) quia Samaria, inquit, Hiero. in pulcherrimo Iudææ, & vberrima sita loco, nunc quoq; ostenditur, dicitur ad eam, O tu quæ habitas in vberima regione, quia confusa est ignominia, sic transi, sic, sic ad captiuitatem deducere, vt præ malorum magnitudine, ne vicinus quidem allophilus audiat*

audiat vocem tuam. Hæc ille. Est tamen aduentum vulgatam phrasim Hebraeorum esse dicere, *Trāli vobis, pro trāsi tu עֲבָרְלֵיכֶם* hibri laché, & sic Cantic. i. vbi nos legimus, *Sirgoraste, ô pulcherrima mulierū, abi post vestigia gregum.* Hebraicè habetur: *Abi tibi,* Annotat tamen Kimhi vsum fuisse prophetam, verbo generis fœminini, propter Synagogam, quæ erat in vrbe Saphir, ad quam sermo est prophetæ, nisi velimus dicere, quod scriptura sacra in contemptum malorum hominū loquitur de viris, & vtitur fœminino pro masculino, & dixit in plurali, propter singulos ciues illiusciuitatis, quibus etiam transmigrandum esse asserit. Et est notwithstanding, quod in qualibet ciuitate, quæ centum triginta ciues habebat, erat viginti tres iudices, in Hierusalē autē erant septuaginta, qui dicebātur Sanhedrin, quorum erat de rebus grauioribus iudicare. Unde cùm ad ciuitatem Saphyr sermonem faceret, & iudices, & alios ciues in captiuitatē abituros prænuntiat, & cùm authore etiam ipso Hieronymo, Saphyr pulchram significet, inuenit allusionē, qua alluderet ad nomen, & ita dicit: *Tu ô ciuitas Saphyr, quæ gloriaberis de pulchritu-*

pulchritudine, & elegantia tua, & sic dicebaris pulchra, adduceris captiua etiam cū magno dedecore tuo, ibis in exiliū detectis pendis, quod maximē aduersatur pulchritudini, quasi dicat: O pulchra, amittes pulchritudinē. Hoc enim ignominiam scriptura appellat, vt patet Eze. 16. Expandi amictū meū super te, & operui ignominiam tuam i. pudenda, sicut explicat Hiero.

Non est egressa qua habitat in exitu, planctum domus vicina accipiet, ex vobis qua stetit sibimet.

Sic vulgata, At Hieronymus: Nō est egressa quę habitat Sannan, planctum domus Asel accipiet ex vobis, quę sicut sibimet Lxx verò, Non est egressa habitatrix Sannan, plangite domum iuxta eam, accipiet ex vobis plagam doloris, qui cæpit in bonum. Pagninus, Non est egressa habitatrix Sannan ad planctum Beth Asel, inimicus mercedem accipiet à vobis, eò quòd stetit in obsidione vestri. Vatablus, Non egressa est habitatrix Sannan ad luctum hostis Beth Asel, accipiet à vobis stationem suam. Hebraicum, sic

לֹא צָהָה יוֹשֵׁבְתָה צָאנוּ מִסְפַּר בֵּית הַאֲזֵל: קְרֻחַ מִקְםָם
Lo iazha iosebet Saanā mis pat Beth ḥaz̄el iquach michem emdato, Ad verbū sic:
Non est egressa habitatrix Sanan, ad luctum Beth Asel, accipiet ab ea stationem. Hoc ex tam varijs interpretationibus videtur saltem colligi, Sanan & Beth Asel, nomina esse propria vrbium quarundam. Verū oportet primum, nostram vulgatam lectionem interpretemur, vt semper facere consueuimus, hoc enim maximē oportere nostra tempestate arbitramur. D. Hieron. Non est egressa, inquit: de eadem Samaria dicitur, quę in ipsis Assyrię captiuitatis est foribus, & statim vt mota fuerit de finibus suis, hostilem terram ingreditur. Non est igitur egressa quę habitat in exitu propria voluntate, sed vi ducta est in Asyrios, vndē domus vicina & ex latere, quod interpretatur Asel, Regnum videlicet ludā planctum accipiet ex vobis, quę nūc interim Samaria capta subsistit, Deum habet defensorem. Hæc ille. Verum vt Rupertus ait, quia quantumcumque vicina sit, non satis liquet quomodo ipsa quę transire iubetur & transiit, congruè dicatur quod non egressa sit, si de Hierusalem intelligatur hic erit sensus.

Vos transite habitatores habitationis pul.
chr̄.f.Samarię, Hierusalē autē hac vice non
egredietur, quę tñ habitat in exitu. i. cuius e-
gressio siue trāsmigratio iā paratur, sed pau-
lulū differtur, Ezechia simulq; Esaia prophe-
ta Deo supplicātibus, suisque precibus eū re-
tinētibus. Planctū domus vicina accipiet ex
vobis, quę stetit sibimet, domus vicina. f. Hic
rusalē, quę nō est egressa in captiuitatē, plāctū
accipiet ex vobis. i. post vos. Hęc Rupert⁹: Hi-
nō putantes esse nomina propria vrbiū, ad
alios & alios sensus literam dirigūt. at si ver-
ba, vt iacent, interpretetur, lamentatur pro
pheta, & dolet id quod cōmuniter fieri vide-
mus, quod habitatores Sannā nō exierūt ad
luctū ciuium Bethasel, quando mittebantur
in exiliū. Nam sicut videtur apparere ex isto
loco, ciues Bethasel quę erat vrbs isto nomi-
ne dicta, priùs capti sunt, & priùs ducti in
captiuitatem: cum autem mitterentur in ca-
ptiuitatem & ipsi plangerent ac dolerent, ha-
bitatores Sannan nō sunt egressi: quod fieri
inter vicinos solet, vt consolaretur eos. Et
hic omnia more prophetarum dicuntur pre-
terita, cūm essent futura. quasi dicat: Non e-
gredientur ciues Sannan ad consolandum

luctum

luctum ciuium Bethasel, quia non tanta illis
concedetur moravt hoc facere possint, nam
accipiet ab ea stationem siue mansionem f.
hostis: vel stationem suam, scilicet ciuiū Sā-
nan, quam cito accipiet hostis, vt nō solatiū
prēbere alijs circumuinicinis possit, sed suam
deplorare miseriam cogatur, quod Hispanē
dicimus. No se dolera de los duelos agenos, que harto ten-
dra que hazer en los suyos. Estenim quam primū
corū vrbs ab hostibus capta, diruta, & spo-
liata, & sic non egredietur ad cōsolādū alios
quasi ipsa nō sit similia passa: vel stationē ac-
cipiet ab ea. i. mercedē stationis accipiet ho-
stis, quia eīn māsit in obsidione cōtra vos, ac
cipiet mercedē stationis suę & exulare vos
faciet, tollet quicquid apud vos fuerit pre-
tio aliquo dignum.

*Quia infirmata est in bonum (siue in
bono) qua habitat in Maroth.*

Sic vulgata, & Hier. Lxx: Qui cepit in bo-
nū quę habitat in amaritudinib⁹. Pagni.
quia doluit ppter bonū quo priuata est ha-
bitatrix Maroth. Infirmari in bono, est priua-
ri bono in quo antea fueras. & sic sensus idē
est, quia ciues Maroth bonis suis quib⁹ abun-

dabant spoliati sunt, idèò dicit habitatores Maroth, quæ amaritudinem significat, ad amaritudinem esse redactos, cōuenit illis non men vrbis suæ: redditii enim sunt amari propter bonorum spoliationem.

*Quia descendit malū à Domino vs.
que ad portam Hierusalem.*

Dixerat, tetigit portam populi mei vs. que ad illum locum peruenit cum exercitu suo. At dixit, malū illud à Domino descēdī se, quod Rapsacē cognouisse videmus cùm dicebat 4. Regum. 18. & Esaia 36. Nunquid sine Dei voluntate ascendi ad locum istū ut demolirer eum? Dominus dixit mihi: Ascende ad terram hanc & demolire eam. Quomodo autem hoc illi Dominus dixerit iam explicuimus superius, quomodo vero hoc malum à Domino descendat, quia dictur sumus cap. 2. super illa verba: Ecce ego cogito malum dicit Dominus. ad illum locum letorem remittimus.

Tumultus quadrigæ & stuporis habitanti Lachis.

O Lachis, inquit, ad te venient quadrigæ & equites Assyriorū, & dicit stuporis, quia causabunt stuporem sua multitudine & tumultu quadrigæ Senacherib. & hoc significat dicēdo, tumultus stuporis. At Chaldeus sic legit: Liga currus ad Dromades, animalia velocissimi incessus. & sic vertut alij, ad equos velocissimos. quasi dicat: O Lachis fuga tibi cōsule, si vis malū effugere, sicut faciūt qui in Dromadibus fugiūt, vel quasi dicat, festinate in exiliū & captiuitatē, habitatores Lachis. & reddit causam quare hoc cōfusat, aut quare malū super illā venerit, quia inquit, Principium peccati, ipsa scilicet fuit filia Sion, ipsa enim prima fuit inter vrbes Iudææ quæ cæpit colere Baalim, & quæ prima didicit Idolorū cultus ab Israelitis, & ipsa vrbibus Iuda fuit principium peccati, & quasi magistra sceleris. Quod explicat dicens: In te inuenta sunt scelera Israel, scilicet primò, & à te deuenerunt ad alias ciuitates. Nam vt constat Iudic. 18. ab antiquis temporibus fuit in hac vrbe Idolum Micha, & sic ab illa, ad alias, cultus idolorum est deductus.

*Propterea dabit emissarios ad baredi-
tatem Gath.*

Non solū veniet tumultus quadrigarū ad Lachis, sed & super Geth, quoniā Assyrius latrūculos suos, siue exploratores (quos vocat emissarios) mittet vsq; ad Geth. Alij autē vertūt: Dabis munera ad hēreditatē Gath. Cū dixislet Lachis principium suis se filiæ Syon peccati, cōuertit sermonem ad ipsam Hierusalē, & dicit: Quia didicisti cultū alienū à Lachis, cogeris dare munera hēreditati Gath, vt tibi auxilio sint Gethei: & cogeris mittere legatos ad Getheos, vt tibi in tāto periculo cōstitutę opē ferant: cū nullius ope indigere debuisses, cū Deum in medio tui habitatē haberet, & adiutorē, & hanc vrbē maximo affectu diligentē: ob cultū tamē idolorum quē elegisti, cōtépto Deo, munera siue legatos mittere cogeris ad Getheos, hostes tibi infensissimos. Appellat autē hēreditatē Gath, nam vt constat ex historia Regum, Dauid illam ciuitatem cāpit, & eam quasi hēreditatē Regibus Iudā legauit, & ita quasi exprobrans propheta, cogeris, inquit, munera mittere ad Geth, quæ cūm hēredi-

reditas esset Regum Iudā, sponte sua venire oportuisset. quasi dicat: Considerate precor quę vobis euenerint propter scelera vestra. Nā vrbs illa quæ vobis subdita esse debebāt quā vestra hēreditas, & statim adesse ad auxiliandū, iā cū maxima vestra ignominia cogimini ad eos, quibus præceptū satis esse deberet, suplices munera aut legatos mitte re ut prestò adsint cōtra exercitū Assyriorū.

*Domus mendacij in deceptionem re-
gibus Israel.*

Sic Hier. Rex Assyriorū dabit emissarios ad hēreditatē Gath, domū idolatrię, vrbemq; mēdacię & quę in supplātationē fuit regib⁹ Israel: semp enī illi regib⁹ Israel mētie bātur, sicut Dauid dicebat de eis loquēs: Filij alieni mētiti sūt mihi, simulabāt se me diligere, at mētiebātur p̄t timore. In Hebrēo autē sichabetur: Dom⁹ Achisib erūt in mēdaciū regib⁹ Israel. alludēs ad nomē Achisib, q̄ mēdaciū significat. O tu ciuitas Achisib quę nō men mēdacię habes, mentieris Regibus Israel, eris illis in deceptionem, quia vrbs illa erat munitissima, Reges Israel confidebant in illa, & quoscunque hostes se euadere

posse in illa arbitrabantur. At, inquit, decipiet eos sua spes, quia capietur. Etiam putabant se tutos in illa esse, at frustabuntur, quia non poterunt hostibus resistere. Erat Achisib vrbs Iuda, cuiusmentio fit Gene.36. Vbi nos legimus: Et parere vltra cessabit, in Hebraeo legitur: Et erat in Achisib cū peperit illum, & quidā ab euētu quod ibi parere cessauit, nomen inditum sentiūt. Et sic vocē illam Achizib, verbaliter exponūt, hoc modo, Et factum est cum mētiretur, seu falleret partus, id est, cūm ceslaret parere. בָּבֶן Cazab, cīm, mentiri significat: mentiri aut̄, & fallere partus dicitur, cum ceslat; & nō amplius parit mulier, quia non reddit foētum ex semine accepto. Et hunc sensum sequutus est vulgaris interpres, sed prēstatiōres ex Hebræis, pro nomine loci accipiunt. Sic & Lxx intellexisse videntur, nomen esse vrbis, & Paraphrastes Caldeus, hoc insinuat. Appellat autem reges Iuda, reges Israel, quibus deceptioni fuit Achizib: vel nomen vniuersale, pro speciali sumens: nam Iuda continetur sub Israel. Vel forsitan hac de causa hic, & alibi s̄epius, etiam post diuisionem regnorū, Reges Iuda appellantur Reges Israel, quia ipsi

ipſi, niſi propter ſua peccata, iure hæreditario, erant futuri reges Israel, & ad illos regnū Israel pertinebat. Sicut modo rex noſter Hispaniæ, rex Hierusalem nominatur, dicet nō ſit, ſed quia iure hæreditario ad illum pertinet, & eō maximē reges Israel nominauit, & nō Iuda, quaſi illis exprobrans, quod illo regno priuati eſſent ob ſclera & peccata ſua. Vel id ē forſan, quia quando Ieroboam fecit diuisionem decem tribuum, viſi religiosi & ſuæ legis nequaquam obliti, cūm videret vitulos pro Deo eſſe conſtitutos, vt ab omnibus pro Deo colerentur, conſugerunt multi ex omni tribu ad ciuitates Iuda, vt illis liberrē ad templum ascendere liceret, & ita ex omni tribu erant multi in vrbibus Iuda habitantes. Vnde cūm reges Iuda multos ex omni tribu haberent in ſuo regno, ſuaq; ſub diuinatione, indē rex Iuda appellabatur etiam rex Israel.

Adbuc hæredem adducam tibi, quæ habitas in Maresah.

Alusit pulchrē ad nomen vrbis, quoniam Maresah, quæ vrbis eſt etiam Iuda, hæreditatē significat, dicit: O vrbis Maresah,

G 5 quæ

quæ hæreditas diceris, ego hæredem adducam ad te, non eris sine hærede, hostes te hæreditabunt: hostes hæredem appellat. Alij verò vertút: Depopulatorem adducam tibi regem Assyriorum, quem ego hæredem cōstituam maioris partis tribus Iuda, & qui te abducat in captiuitatem, qui veluti hæres dissipaturus est hæreditatē, sicut sæpius hæredes facere consueuerunt.

Usque ad Odollam veniet gloria Israel.

Veniet, inquit, hostis usque ad urbem Odollam, quæ est gloria Israel, siue gloria in urbibus Israel: vel captiuitas quæ venit Lachis, & Geth, & Maresah, usque ad O. dollam quoq; veniet. Gloria Israel, Ironice dictum est, & per irrisiōnem, quod erit quasi dicat maximo dedecori, non solū tibi, sed etiam toti Israel. Sic dixit Virgilius: Egregiam verò laudem, & spolia ampla refertis. Symmachus autē, ita transtulit, ἔνος δόλων ἵραν, in genituō, gloriae Israelis, & sic intelligit Kimhi: Usque ad Odollam veniet possessio gloriae Israelis.

Decaluare

Decaluare & tondere super filios delitarum tuarum.

Ad Synagogam Hebræorum, sermo nem conuertit. Decaluare, inquit, & tondere. Maximi moeroris & tristitiae signa ostende super filios tuos, quos tam indulgenter nutristi, quos in tantis delitijs educasti: Cùm eos cernas captiuos, & in tanta inopia & egestate constitutos, decaluaberis, ad maximam turpitudinem redigeris. Erat turpe calum esse, quod videtur apparere ex illo quod legimus, Pueros Eliseo hoc tanquam improperium obiecisse: Ascende calue, ascende calue. At fœminæ turpis quidem est, afferente Paulo I. Corinth. II. Turpe est, inquit, fœminæ tondere caput, idem est, ac si decaluetur. Et ita Esaï. 3. filiabus Syon, quasi maximum malum Deus minatur: Decaluabit Dominus verticem filiarum Syon, Et subdit: Et erit pro crispanti crine, caluitum. & ita, inquit, Decaluaberis, id est, redigeris ad maximam turpitudinem, qualis esse solet caluities in fœminis, cùm filij tui delicati, sic in captiuitatem sint ducendi. Et tondere addit, quod

C O M M E N T A R I A I N

quod etiā turpe esse dicebatur, sicut de Demosthene constat, qui cum studiorum gratia domo exire nollet, ne cogeretur ab amicis, caput tonderebat. Et sic apud Ouidium legimus: Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus, Et sine fronde frutex, & sine crine caput. Atque ita toties Homerus Grēcos appellare solet Charicomondas aacheos, pulchras habentes comas, erat tondere dignitatis atq; seruitutis signū quodam: captiuis enim caput tonderi solebat in subiectionis signum. Et sic apud Aristophanem legimus: Seruus cùm sis comam nutris? Et Beda authore est in Anglorū historia. Tonderere caput ideò ab ecclesia admissum esse, ut quod antiquitus probro dabatur & ignominia apud gentes, hoc honori decoriq; haberetur. Nam Petro apostolorum Principi, initio surgentis fidei, cùm Antiochiæ prædicaret, caput ab improbis abrasum fuit, vt cunctis ludibrio foret. Vndè Pomponius Lætus de triumpho Deocletiani, consuetudinis, fuit liberatos captiuitate currū triumphantis sequi, abraſo capite, in argumentum præcedentis conditionis, scilicet seruitutis, & sic dicit, tondere, hoc est, tondeberis, tanquam

M I C H E A E C A P. I.

55

quam captiua, & serua, & adhuc videtur al ludere, cùm subdit: Quoniam captiui ducti sunt exte. Erat quippe maximum tristitia signum, sicut constat Job. i. quia auditis calamitatibus, quæ super ipsum venerant, tonso capite corrues in terram adorauit. Et Ierem. 7. Tonderet capillum tuum, & proijce, & sume indirectum planctum. Et Ezech. 27. & radet super te caluitiem, & accingentur cilicijs. Vndè per hæc duo verba decaluare, & tondere, idem est ac si dixisset, tristitia maximæ atque mœroris signa ostende, cum filios tuos videas ad tam miseram redactos conditio nem. Sic Ierem. 47. Veniet caluitium super Gazan. & Esai. 15. in omnibus capitibus caluitium.

Dilata caluitum tuum, sicut Aquila.

Non sit tibi satis, quomodo cunq; dilata caluari & tondere, sed dilatare caluitum oportet, & totum caput abradere, & ramum atq; caluum reddere, ad similitudinem aquilarum quæ omnes plumas mutant. Solet scriptura sacra frequenter aquilarū comparationibus vti. Erant aquilæ, propter rapacitatem Iudæis prohibitæ, vt Deut. 14. & Leuit. II.

Leuit. ii. apparet, Auis cùm sit velocissimi volatus, ad velocitatem ostendendā, aquilæ comparatione vtitur, sic Deut. 28. Ex. citauit Dominus contra te gentem de longinquo, quæ vt aquila aduolabit. 2. Reg. i. Saul & Ionathas leonibus fortiores, aquilis velociores. Ier. 4. Aquilis velociores equi illorum, & Threnorum 4. velociores aquilis sunt persequutores nostri. Quia vero aquilas senio confectas, pennas mutare sole-re referunt, ideo ad hoc alludens scriptura; Esaiæ 40. de iustis loquens dicit: Mutabunt pénas sicut aquilæ, Et psalm. 102. Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Quæ verba licet in omnibus exemplaribus sic legantur, Hieronymus autem in isto loco aliter legit: Renouabitur vt aquila senectus tua, quæ cum eundem sensum faciant, & silegi posse, Hieronym. forsan voluit, eò quod proverbio diceretur, aquilæ senectus. Sic Comicus in Heautontimorumenos, Visa est, inquit verè, quod dici solet, aquilæ senectus, & ad hoc alludens propheta, Dilata, inquit, caluitum, sicut aquila, quæ omnes plumas mutare solet. Quomodo autem id fiat, aliqui inquiunt, aquilas vi nimia senectæ, implumes

implumes fieri, & nido relatas à pullis suis vicissim ministrantibus, pasci, donec deterfo senij veterno, cùm pennis volandi vsum recipient. Aquilas dicunt alij, in altum valde volare solitas singulis decennijs, ni-mium altè ascendere usque ad supremam aëris regionem proximam spheræ ignis, vt indè plurimum caloris infumant, & sic insu-dorem resoluantur, & prænimio calore plu-mas cadere: & ita dicit propheta debere decaluari, cùm tam grauia fuos pati videat, cùm illos decaluari & tonderi perspiciat, cùm sic misere tractari. Quod & lere. Threnorum. 4. plorabat, Filij Sion incliti vestiti auro obrizo, quomodo reputati sunt in va-sa testea opus manuum figuli, filij delicati tui, & in delitijs maximis à te nutriti, misera-ram cogentur seruire seruitutem? Et sic di-lata sicut aquila caluitiem, nam non pauci hoc patientur malum, sed omnes. Diuus Gregorius Homil. 18. super Ezechiel. Cal-uitum, inquit, hominis solo capite fieri solet: caluitum verò aquilæ, in toto corpore, quia cum valde senuerit, plu-mæ eius ac pennæ ex omnibus membris il-lius cadunt. Caluitum ergò tuum, sicut aquila

aquila dilata quia plumas perdidit, quia populum amisit, alarum quoque pennæ ceciderunt, cum quibus volare ad prædam consueuerat, quia omnes potentes extinti sunt per quos aliena rapiebat.

IN MICHEAE CAP. II.

Vaillis qui cogitant inutile.



Vm propheta, in c. superiori mala enarrasset que ventura præuidebat, & tantorum malorum causam vno verbo explicasset: In scelere Iacob omne istud, & in peccatis dominus Israël. Primum quidem explicuit, grauiſſimum illius gentis peccatum s. idolorum cultus, dicens: Quod scelus Iacob, nonne Sa-maria? aut que excelsa Iudæa, nonne Hierusalem? Indicans peccatum illud, quod contra Deum fuit commissum, causam prestitisseta-to suppicio. Iam vltterius, ad alia vitia, & illius gentis sceleris sermonem conuertit, quibus contra proximos etiam ab illis peccabatur. Et primùm, eorum taxatur auaritia, & in explebilis quedam habendi cupiditas, qua fiebat,

fiebat, vt quacunque ratione proximorum bona inuaderent, atque violenter raperent. Et ita in principio exorditur voce quadam valde lamentabili dicendo: Væ qui cogitationis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris. Vehementer, ô viri, doleo vicem vestram, miseret me vestri, qui cogitationis vana, malaque operamini. Est enim hæc particula valde indicans affectum hominis condoleantis de miseria alterius, vt annotauit Aretas super Apocal. cap. 9. et ipsa est exordium hæc Sic Christus Matth. 18. dicebat: Væ mundo à scandalis. i. Væ hominibus habitantibus in mundo, in quo tam plurima offendicula resperiuntur: Væ homini illi per quem scandalum venit, & cap. 23. Væ vobis scribæ, & Pharisæi, hypocritæ, miseret me vestri, cum vos intantis erroribus versari videam. Dicitur ab Hebreis 10. quam particulam in scripturis, interitū æternū nominare annotat Hieron. prou. 23. & in 2. Comment. Amos cap. 5. inquit: Væ poenarum vltimum esse. & Rodolph. Flauiacensis lib. 18. in Leuit. in principio: Cui væ, inquit, dicitur, ille principaliter homo damnatus est. Et D. Greg. homil. 9. in Ezechiel. annotat, de iustis nunquam dici-

COMMENTARIACIN

Væ sed de impijs, & pessimis, & saepius de g-
terno luctu, quām de presenti potest intelli-
gi. Hoc etiā de hac particula Hier. adnotatū
reliquit Esa. 29. & 55. ambigua esse, & aliquan-
do affectum vocantis indicare, sicut in He-
bræo illic habetur: Væ Ariel. Ariel ciuitas
quam expugnauit Dauid. &: Væ omnes siti-
tes, venite ad aquas. De qua particula viden-
dus est Chrysost. homil. 60. super Matth. &
homil. 66. super Ioan. & homil. 23. super Ge-
nes. Cū ergo particula, Væ ex sanctorū pa-
trum sentētia graue comminetur suppliciū,
non nisi de grauissimis criminibus vide-
tur esse dicenda, atque inde colligitur, ap-
tiūs fuisse vertendum ex Hebræo, Væ qui
cogitatis iniquitatē, quām, qui inutile cogi-
tare. Nam licet, friuola & inutilia cogita-
re, & in his inutilibus cogitationibus tem-
pus, & mentem occupare, malum sit, verū
non adeò graue malum, vt eis, Væ dicitur
beat, sicut his qui iniquitatem cogitat. Pro-
pheta ergo ostendere volens omnia eorum
studia, atque opera esse corruptissima, inde
colligit quia eorū mens, atq; cogitatio circi-
inqua versaretur: Radicē virtutā esse docet
dicēdo: Væ qui cogitatis, Ier. enim: 4. mal-
omnia

MICHEAE CAP. II.

58

omnia illis vētura prēnūciātur, propter ma-
lietiā cogitationū suarū. & subdit: Cogitatio-
nestuæ fecerūt hoc tibi. Væ, inquit Hier. vo-
bis Iudeorū cætus, qui & cogitatis malū, &
opere cōsummatis: & cubilia ad quiescēdū
data, stupris polluitis: & quicquid iniquita-
tis nocte tractatis, quasi differre nō licet, sta-
timvt dies inclaruerit, festinatis implere: nō
cosiderātes, q̄ aduersus Dñm fortis est man⁹
vestra. Non solūcōdēnat malū operari, verū
malū cogitare etiā dānat. Nāvt frequēter ex
euāgeliocolligim⁹, scribē, & pharisēi, in hoc
versabātur errore, q̄ solū exteriora opera cō-
siderabāt, atq; omnē iustitiā in operib⁹ exte-
riorib⁹ collocabāt, nulla prauarū cogitatio-
nū habita ratione, sicutfacilē appetet in pha-
risēo illo, de quo mētio fit Luce 18. qui sua
exteriora solū iactabat opera, nocētis animi
prorsus oblitus: quem errorē, vt Dñs corri-
geret, suis Math. 5. dicebat: Amē dico vobis,
nisi abūdauerit iustitia vestra, plusquā scri-
barū, & pharisēorū, non intrabitis in Regnū
cælorum. Non enim satis est, vt quis legi pa-
reat, non occidere, non adulterare, nisi ani-
mum habeat ab homicidio alienum, nisi ani-
mum comprimat, ne de aliena vxore cogi-
tet. Nam

H 2

et. Nam qui viderit foemina ad concupis-
cēdum eam, iam mœchatus est in corde suo,
solum de illa cogitare malum est. Et sic lob-
zi. aiebat, Pepigī fœdus cum oculis meis, ne
cogitarent de virgine. & sic Christus merito
Math.23. inuechebatur in pharisēos, Vere vobis hypocri-
tē qui mūdati quæ exteriora sunt calicis: &
qui estis exterius sepulchra dealbata, inte-
rius autem plena cadaueribus, & ossibus. Et
certè si diligenter prophetarum euoluerent
volumina, quantumcunque naturale lumen
à Deo hominibus insitum, in illis obscurati
esset, facile potuissent colligere, in quanto
versarētur errore. Esaïæ primò claredicitur,
Auferte maluin cogitationum vestrarū. Pro-
uerb. i. Omni custodia, custodi cortuū, quo-
niam ab ipso procedit vita. & Ierem. 4. Pro-
pter cogitationes, mala venisse. Et Micheal
hic: Vere qui cogitatis iniquitatem. Vnde pri-
clare à Theologis, peccatum diuiditur in co-
quod cogitatione solum committitur, or-
etiam & opere, vt docet D. Thomas in I.2.
queitione 72. arti. 7. & desumpta est hæc do-
ctrina ex D. Hierony. super Ezechiel. asserti-
te, tria esse generalia delicta, quibus genus hu-
manū subiacet: Autem cogitatiōe, aut sermo-
ne, aut opere peccamus. Vegitur, inquit, qui
cogitatis iniquitatem, & hoc in cubilibus ve-
stris. Est quippè tum temporis, homo magis
ad seria cogitandum aptus, cum à somno ex-
pergefactus, à sensuum exteriorū operatio-
nibus vacuus, mens libera relinquitur, vt se-
cum cogitet, de vitæ suæ ratione, diuina me-
ditetur opera, ac contempletur, beneficia si-
bi à Deo collata mente recolat sua. Quod
Regium vatem facere solitum, apud illum
legimus Psal. 62. Sic memor fui tui, super stra-
tum meum, & in matutinis meditabar in te,
quia fuisti adiutor meus. At illi econtrà fa-
ciunt, qui in luce matutina faciunt illud, cù
tranquilla sunt omnia, cum ante actæ vitæ
statum deberent considerare, cùm ad examen
& trutinam reuocare gesta sua omnia, tunc
inutilia, imò iniqua cogitatur, vt opere adim-
pleant. meritò illis, Vere. E contra regius vates
faciebat, vt ipse fatetur psal. 72. Et fui flagel-
latustota die, & castigatio mea in matutinis,
tum cùm in lecto eram, meipsum castigabā,
tum anteacta corrigebam omnia, & iusta me-
sura ponderabam.

Et operantur malum.

VIAE illis qui cùm iniqua cogitant, ma-
lū operantur. Aut, Vē illis, vt diuersum
sit, qui in stratis sibi cōcessis ad iacēdum, ma-
lum operantur, cubilia sua stupris, & adulte-
rijs, contaminant. Væ inquit, qui dormitis
inlectis eburneis, & lascibitis in stratis ve-
stris, Amos 6. cap.

*Quoniam contra Dominum est ma-
nus eorum.*

VIAE inquam illis, qui contra diuinam
legem operantur. Ille contra Dominū
est, qui diuinis iussis, atq; præceptis, nō ob-
téperat. Sic lob. 15, dicitur: Cucurrit impius
aduersus Deum. Et frequenter in Leuitico, Si
ambulaueritis ex aduerso mihi, dicit Domi-
nus. Hęc autē verba aliter vertit Pagninus:
Quoniam facultas in manu eorum ad oppri-
mendum. Quasi inuehatur propheta in ma-
gnates, & magistratus, & veluti rationem red-
dat sui dicti, eò quod dixerit illos in cubili-
bus suis, in luce matutina, malum operari.
Cum sitis in potestate constituti, vestra ab-
utentes potestate, hęc facitis. Habetis fa-
cultatem ad opprimendum, & opprimitis.
Atque id quod cogitastis malum, nullatē.

nus dif-

nus differtis, sed quā primū illus scēte auro-
ra, opere cōpletis. Rupertus autē, In luce ma-
tutina faciūt illud. i. sciētes, & prudētes, nō
ex ignorantia id facitis, quod leuius esset:
Sed cum lucē legis habeatis, qua actus diri-
gere vestros possitis. & ideo vobis dicitur:
Vē. Viderētur enim alias venia digni quodā
modo, & vt misericordiam cōsequerentur,
sicut dicit Paul. se misericordiam cōsequi-
tū, quia ignorans fecisset. i. ad Timoth. i. sed
in luce matutina faciunt illud, quod grauius
est, cū plenē lux illis esset exorta, cū nequa-
quam ignorare possent, quod faciebant. Sic
Regius vates dicebat: Delicta iuuentutis mē
& ignorantias meas ne memineris, tum con-
tra Dominum est manus eorum. i. ex super-
bia, & arrogantia peccant: prodit quasi ex
adipe iniquitas eorum psalm. 72. psal. 142

*Cōcupierūt agros, & violēter tulerūt,
& rapuerunt domos et caluniabātur
virum & bāreditatem eius.*

Quod in vniuersū dixerat: Cogitatis ini-
quitatem, & operamini malum. Nunc
per partes incipit explicare. Et primum in
explebilem eorum auditatem taxat, dices:

H 4

Concu-

concupierunt agros, & violéter tulerunt. Lége Exod. 20. & Deut. 5. prohibitū legimus, nō solùm, ne quis aliena surripiat bona, verùm etiā, ne aliena concupiscat. Non cōcupisces vxorem proximi tui, non domū, non agrum, non seruum, non ancillam, non bouē, non asinum, & vniuersa quæ illius sunt. At licet, ad eō apertis verbis, hoc esset prohibitum: illi tamen, contra hoc præceptū, solùm peccare existimabant, cùm concupiscentia rerum proximi, ad actum aliquē prodibat. Scilicet, cū technis, dolis, callidisq; inuētiōnibus, res proximi sui, aliquis fatagebat poscidere. Sicut nono præcepto, solùm eam concupiscentiam prohibitā esse arbitrabantur, quæ insinuatur lusibus, osculis, signis, literis, persuasionibus, & tactibus, citra opus principale, quod sexto præcepto, prohibitū asserabant. Si quis autem domi suę, aut proximi sui vxorem, aut bona concupiseret, in animo solùm hoc versans suo, nequaquam contra legem esse asserebāt: quod toties falsum esse, in Euangelio nos Christus docuit, & hic Micheas indicat: Cōcupierunt agros, dices. Est tamen hic aduertendum, nō sic lege prohibitam esse omnem bonorum aut foemina-

M I C H E A E C A P. II. 61
rum concupiscentiam, vt nunquam liceat talem habere animum concupiscendi, cùm à natura hoc inditum sit ipsis hominibus, vt seipso conseruent, quod per bonorū acquisitionem fit, aut speciem multiplicent, quod per concupiscentiam foeminarum fieri videamus. Sed sic, inquam, non concupiscere vxorem proximi, vt tua sit, dum illius est, aut tu vsum habeas carnis eius, soli marito ipsius debitum, & deniq; omnes concupiscentias carnales, neuti q; admittendas. Sic nec cōcupiscere rem proximi possumus, vt dum illius est, nostra fiat, citra illius voluntatem. Vt autem appetam rem proximi iusto pretio habere, aut per coniunctionem, aut donationis titulo, aut iure hæreditario, nullius prohibitū esse legimus in veteri lege, nec Christus cōtrarium docuit, cum sollicitudinē in crastinum abijciendam docet, aut non esse nobis in terra thesaurizandum, sed in coelo, nam Christus his confilijs, atque alijs similibus, voluit quidem etiam earum rerum cupiditatem, quæ iustè haberri possunt, de coribus hominum adimere. Nam qui prohibet affectum thesaurizandi, qualis per se, ini quis non est, multò magis prohibet affectū

Matth. 6.

& concupiscentiam alieni, quæ conuolutam habet iniquitatem. Et hoc est, quod volebat Paulus docere i.ad Timoth.6. Ni hil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec auferre quid possumus: nam qui volunt, inquit, diuites fieri, incident in laqueos diaboli, & desideria multa inutilia, & nociva, quæ mergunt homines in interium & perditionem. Et addit Iacob. cap. 4. Vnde bella, & lites in vobis, nonne ex concupiscentijs vestris? concupisctis, & non habetis, occiditis & non celatis. Et sic Christus redemptor noster, Lucæ 12. hortabatur, Cauete ab omni avaritia, quia non in abundancia cuiusq; vita eius est ex his quæ possidet. Quam præclaram Christi sententiam, clarius sic vertisset interpres: Cauete ab acquirendi cupiditate, non in redundando, cuiq; ipsi vita est ex facultatibus suis. Pleonexia enim, quo verbo vsus est Lucas, non quanuis avaritiam significat, sed affectionem illam animi circumscribendi auidam, & ex communione aceruo pleniores sibi sumere partes paratam (sicut Budæo placet) cum enim qui thesaurizare volunt in terra, multis se exponant periculis, cùm sollicitudo maxi-

ma erga

ma erga hæc exteriora, incommoda quamplurima adferat animæ. Præclare quidem Christus vnicus magister, ab his abstinentiam esse hortatur. Licet aliquomodo licet fieri possint, nec dictis nostris contrarium docet Micheas, quando inter grauissima illius gentis crimina constituat, illos concupiscte agros. Nam statim explicat, quæ viciata esset eorum concupiscentia, de qua loquebatur dicens: Et violenter tulerunt, per fas, per nefas, agros possidere alienos studebant. Et tale studium Esaias reprehendit cap. 5. Væ, dicit illis, qui domum ad domum iungunt, & agrum agro copulant. Nulla æqui, iustiq; habita ratione, vel forsan, quia vix huiusmodi, prauo aliquo affectu carere videantur, aut quia illa in lege, non cuius possessiones vendere licuisse legimus, sed eiusdem tribus hominibus, & hæc de causa, quia vix huiusmodi affectus sine peccato est, Esaiæ 2. vitio vertitur: Et non est finis thesaurorum eius. Et Baruch 3. Non est finis acquisitionis eorum. Quod si apertius volumus verba prophetæ intelligere, non equidem melius illa poterimus explicare, quam exemplo adhibito,

ad eo

adèo manifesto,& claro, vt ad illud allusisse prophetā, certè quicunq; viderit, existimet. Legimus 3. Reg. 21. impiissimū Achaz Israel regem, vineam Naboth cōcupiisse. Cūm au- tem renuisset Naboth illam vēdere, violen- ter tulit. Et quod amplius est, calumniā stru- xit illi, qua virum occideret, & sine pretio vi- neam alienam possideret. Duos enim sum- psit falsos testes, qui testificantur, Naboth Deo, & regi benedixisse. Ecce igitur, quod dicit, concupierunt agros, & cum pretio sibi parare nequiuissent, violenter tulerunt. Cō- cupierunt etiam domos, & rapuerunt illas, nam vi accipiunt quod pecunia nequeūt, & calumnijs, & oppressionibus, seruos & an- cillas alienas rapiunt. Quod si Dominus re- sistit, cum percutiunt & violentiam inferūt, & hoc est quod dicebat Iacob, cap. 2. Quid inquit, honoratis diuites, nonne ipsi per ca- lumniam opprimunt vos, & ducunt vos ad iudices?

Idcirco hac dicit Dñs, Ecce ego cogito malum super familiam istam.

MAgnam emphasis habere videntur hæc verba, Hec dicit Dominus, Ecce

ego

ego cogito malum, ego sum, qui hoc affirmo & non aliis, ipse met Dñs, quę facturus est a- perit: Ecce ego, qui vestri semper maximam curam habui, vt fœlicia omnia atque prospe- ra vobis succederent: Ego inquam, qui sem- pertam multa bona, atque beneficia contu- li: Ego, à quo omne bonum spectare debetis, tanquam à Deo vestro, cogito malum cōtra vos. Si hoc alius affirmasset de me, forsitan illi non adhiberetis fidem, at mihi dicenti, omnis adhibenda est fides. Iam obvestra sce- lera, videor ingenium mutasse meū: iam ma- lum cogito, poenas s. sumere de vestris pra- uis cogitationibus. Super familiam istam] Peculiariter in scriptura, domus Israel fami- lia appellatur, & sic dicit, Super familiā istā, quam scilicet eduxi de Aegypto, quam ve- luti peculium, ex cunctis gentibus elegi. Hic autem primum annotare oportet diligentē lectorem, Deum adèo frequentibus usum fuisse comminationibus, & toties per pro- phetas suos, mala comminari solitum: vt vel sic, homines deterreat à malis, misericordię suę, atque benignitatis, maxima signa osten- dens. Sic psal. 59. Dediti metuentibus te si- gnificationem, vt fugiant à facie arcus. Quis enim

enim imputaret illi, si omnes terræ nationes perderet? at cōminatur, volens homines ad pœnitentiā reducere, volens potius sanare, quam flagellum immitttere. Quid precor, aliud illę voces Iona indicabat: Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur, nisi ut resipiscerent, nisi ut pœnitentiam agerent: nolebat illos perire, sic minis ad mentem reuocare satagebat. Hoc intelligēs Iona esse Dei ingenium hunc seruare morem, in Tharsum fugiebat, ne ipse in mendacio deprehenderetur, cùm ipsi mutantur. Sic Diuus Basili. Esai. 5. explicans illa verba: Et nunc ostendam vobis quid ego faciam vineæ meæ, inquit: Attendite Dei benignitatem erga homines, non clam ingerit supplicia, sed prius minatur, per hoc peccatores inuitans ad pœnitentiam, sic volens, vt Moyses pro populo illo oraret, dicebat illi, Et nunc dimitte me, delebo populum hunc, Exod. 32. Sic Lucæ 13, à fico sumpta parabola, hoc nos docebat: Ecce, afferens, triennium est, ex quo venio ad hanc ficum, quærens fructum in ea, nec inueniens succide eam: vt quid enim terram occupat, hoc dicebat, vt agricolam excitaret, vt eam diligenter excoleret? Sic D. Chrysost.

Homil.

Homil. i. de pœnitentia ait: Cuius rei gratia quæ facturus es mala prædicis? Vt non faciā quæ prædico. Et Homil. de prouidentia, Nō repeatè, inquit, nec insperatè mortalibus yimi inudationis induxit, sed fore prædictis, idque non ante breue tempus, sed ante 120. annos. Ne vero ex longitudine prædictis in obliuionem ac negligentiam incidarent, ædificari arcā in oculis omnium instiuit, Dei minas annūtiantem. Hoc etiam per Micheam facere curabat, sic malum se cogitare minabatur, vt vel sic illos desistere admoniceret à vitijs, & peccatis in quibus versabantur. Ecce ego cogito malum, subintelligi debet, nisi ipsi pœnitentiā egerint. De qua re Galatinus videndus lib. 9. cap. 1. fuerunt multi heretici in primitiua eccllesia, qui Deū veteris testamēti malum fuisse, & malorum authorem afferere auderent, qui cōtra suos malū cogitabat, & de quo cap. 1. dixerat Michaelas: Peruenit malum à Dño usq; ad portas Hierusalē. Et Amos 3. Nō est malum in ciuitate, quod Deus non fecerit. At quanto in errore versarentur, multis libris æditis contra Manicheos, eleganter acerrimus pater Augustinus, & sancti patres alij quā plurimi, vt frustra

frustrà quidem nos operam consumere vi-
deamur, in hoc dissoluendo nodo. Verum
huic argumento, quo ipsi nitebātur, ut sati-
faciamus solum Damasceni verba, lib. 4. fi-
dei orthodoxę cap. 20. in mediū afferemus,
qui sic ait: Verūm enim uero, & cùm scriptu-
ra dicit, Deum creare mala, & non esse in ci-
uitate malum, quod non faciat Dominus,
non malorum causam Deum esse ostendit,
sed quia anceps est, nomen mali duo signif-
cans. Nam quandoquidem natura malum
ostendit, quod virtuti contrarium est, &
diuinae voluntati: quandoque, quod ad sen-
sum nostrum malum & laboriosum, ut tri-
bulationes, & inductiones, hęc em̄ existima-
tione malæ sunt, cùm dolorosę existant, re-
autem vera, bone. Nam conuersio[n]is, & salu-
tis, intelligentibus causæ fiūt. & has per Deū
fieri dicit scriptura. Hæc ille. Sic dicitur per
Esaiam cap. 45. Dominus est creans tenebra
& creans malum. Sic Ecclesiasti. II. Bona &
mala, Paupertas & diuitiæ, vita & mors;
Deo sunt. Nam aliorum malorū, quod Deu-
causa nō sit, elegātem descripsit Basil. libri
satis optimè Doctores scholastici ostendunt
in 1. sent. d. 46. & in 2. senten. d. 37. & D.

Thom.

Thom. in 1. p. quest. 19. ar. 9. & 1. 2. quest. 79.
& questionibus de malo. q. 3. ar. 1. & 1. cont.
Gét. cap. 93. & 3. con. Gen. cap. 162. & contra
hereticos nostri temporis, quamplurimi
viri docti & religiosi, zelo veritatis com-
moti contra Meláthonem, & alios blasphemos
homines, quos libens prætermitto, ne
modū excedere videar, libros adiderūt. Ec-
ce ergo, inquit, cogito malū, qui potēs sū, in
fligere, & à quo nequaq̄ fugere poteritis, nā
siascedatis in celū illuc sū, si in infernū, ad sū.
Vnde (inquit) non auferetis colla ve-

stra. Quod equidem de decem tribubus
factum esse legimus sub Salmanasare, & de
reliquis deniq; sub Tito, & Vespasiano: per
petuo, quasi dicat, versabimini in ista affli-
ctione, & miseria, sicut passim videmus illos
versari, neque vñquam poterūt ab iugo ser-
uitutis colla subducere.

Et non ambulabitis superbi.

*S*icut erecto collo, quod signum esse solet
superbiæ, & ita filiabus Syō, Eſaiæ. 3. com-
minabatur Dominus, eò quòd ambulaue-
runt filiæ Syon erecto collo, graue de illis
suppli-

supplicium sumant. Nō ambulabitis erecto collo, quasi dicat, nulla vobis vñquam superbiendi se offeret occasio, vbique terrarū humiles & abiecti incedunt, viles & nullius prætij esse existimantur, ab omnibus semper oppressi, semper miseri & miserabiles, ut vel sic miseriam toties à prophetis sanctis prædictam cognoscentes, ab animi excoecata obstinatione & perfidia cōuertantur.

Quoniam tempus pessimum est.

Scilicet venturum i. multis plenum afflictionibus. Sic Ecclesiast. primo: Multas difficiles ad intelligendum, non potest eas homo explicare sermone, & hanc pessimam occupationem dedit Deus filijs hominum in qua se exerceant: Pessimum appellat laboriosum, & plurime sollicitudinis, & afflictionis abundans. Sic Genes 47. dies labores modici & pessimi dicuntur, sicut legit Hieronymus ad Ephesios 2. nos autem malum sunt legimus. Sic ad Ephesios 5. & 6. dicitur: Dies mali sunt, & in die malo. Sic I. Ioannis omnis mundus in maligno positus est, plenus est laboribus, & milerijs, atque huminis erum

nis erumnis, & sic dicebat Christus, Matth. 18. Væ Mundo à scandalis, id est, Væ hominibus qui versantur in mundo, propter multa offendicula, quæ in illo passim reperiuntur. Hęc autem hactenus sic ad literam explicata, de anima nostra, tropologicè explicat Hieronymus, & præclare quidem cuiusnostrum applicat, quos sensus ego non aspernor, sed magnifico, & sapientum virorum in his eruendis sensibus, diligentiam atque religionem admiror, atque veneror: Verum nostro proposito, id non convenire arbitramur, cui ea cura commissa est, ut in scholis, auditoribus sensus litterales aperiamus: & eos qui scholę deseruire, & in illa vim habere possint ad dogmata scholastica afferenda, cetera suo loco & temporis referuantes.

In die illa, super vos sumetur parabolæ, & cantabitur canticum cum suavitate dicentium: Depopulatione vastissimus pars populi mei commutata

I 2 est quomo-

*est, quomodo recesset à me cum reuer-
tatur, qui regiones nostras diuidat, pro-
pter hoc non erit tibi mittere funiculū
sortis in hereditate Domini.*

DIUS Hiero. cum huius loci obscuritate animaduerteret, & quadruplicem huius loci reddidisset explicationem, & adhuc remanere aliquid intelligeret, quod studio & diligentia indigeret, ait: Si quis autem in lege Domini die ac nocte meditatus, maius habuit studium, maius ingenium, oculum gratiarumq;. Et potest de praesenti capitulo probabilius aliquid dicere, non in video, non a spernor, quin potius cupio ab eo discere quod ignoro, & libenter me discipulū profitebor, dum modo doceat & non detrahat nihil enim tam facilē, quam ociosum, & domi ceterum de aliorum labore, & vigilijs disputare. Hęc ergo cum dicat in praesenti loco seipsum subesse sentit (vt verbis utar Ruperti abbatis) quę ideo à me adducta sum, vt non parum nos fecisse arbitretur diligatque acutus lector, quod rem adeò difficilē enodare simus aggressi: quod si contingit lucer-

rit lucem aliquam obscurissimis locis attulisse, omnipotenti Deo gratias agat, à quo omnne procedit bonum: Si autē viderit succubuisse ingenij nostri tarditati tribuat, & loci obscuritati. Sic ergo Hiero. explicat. (Non enim grauabor optimi mei pręceptoris atq; fidelissimi interpretis, verba singula referre, & si ex eius scriptis cartas implere videar: nec enim ingeniali mei ostentationem aliquam reddere vñquā in animo fuit, cui certum atq; notum est, quam exiguum esse, sed auditoribus quomodo cunq;, siue ex aliorū commentarijs, siue ex nostro labore, lucem aliquam in nostro intelligendo Michea adferre) Tunc, inquit, sumetur super vos parabola, & miseriæ vestræ vertentur in canticū: Depopulatione vastati sumus, pars populi mei, templum, inquit, meum, quod solūm inter gentes ceteras plus habebam, mutabitur in ruinam, quomodo à me recesset Aslyrius, cum reuertatur, vt agros meos sibi sorte distribuat? Propterea ô familia Israel, super quā malum ego cogito, nō habebis partem in hereditate iustorum. Et cum quadruplicē iuxta hęc formam, explicationem reddidierit, Explicui, inquit, iuxta quod mei ingenioli

nioli patiebantur angustiæ: & priuia ab Asyrijs Babylonijsq; captiuitatē & secundā Romanis, quia Dñm crucifixerunt: & tertiam spiritualem, qua vnuſquisque nostrū cū Adam de Paradiso cecidit, & in huiusmodi captiuitate versatur: potest & de ecclesia quarta captiuitas accipi. Hęc ille, Qua ratione omnes illius gentis calamitates, & euerſiones, sancti patres sic quadrupliciter expoununt, & sic nobis singula exponere, eorum imitantes diligētiā, licere colligimus. De qua re videndus est Driedo lib. de captiuitate, & redēptione generis humani. fol. 34 Verum aggrediamur iam (nisi fallimur) clarius loci huius interpretationem enodare. In die illa, inquit, id est, in tempore illipessimo, hoc est laboris, & afflictionis plenissimo, quando, inquam, venerit malū super vos, quod ego cogito. Sumetur de vobis parabola, quę vox quid significet, non ita clare constat. Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromaton duas parabolę definitio-nes reddit, quas libens prētermitto, quoniam multum nostro negocio conducere dentur. Iustinus martyr, in questionib. Christianis positis questione. 60. defin-

parab

parabolam esse orationem, similitudinem continentem rei gestę, ad eam quę futura est. Atque ita Cicero nomen hoc collationem vertit, & sic multis parabolis Christus redēptor noster est vſus, Matthæi 13. & Lucæ 8. Verum vt adnotat Chrysostomus super psalmum 48. Explicans illa verba, Aperiam in parabolis os meum: Parabola est nomen quod habet multa significalia, est enim parabola loquela, exemplar, & exprobatio, aut opprobrium, illud inquam, quod in ore omnium fertur, & tanquam opprobrium iacit. Sic psalmus 42. Posuisti nos parabolam in gentibus. Psalmus. 68. Et opperui in ieunium animam meam, & factus sum illis in parabolam, & clarus secundo Paralipomenon 7. Domum quam adificauit tradam in parabolam. & Iob. 17. Posuit me in opprobrium vulgi. Ieremias. 24. Et dabo eos in opprobrium, & in parabolam, & in prouerbium, & maledictionem in universis locis ad quę eieci eos. & Ezechiel. 18. Quid est quod inter vos parabolam vertitis. Est etiam parabola oratio enigmatica, quam multi dicunt questionem, quę aliud quidem significat, sed id non est apertum

I 4

statim

statim ex ipsis verbis, sed habet sensum intus latente, cuiusmodi erant ea, quæ dicebat Sampson, Judic. 14. Egressus est à comedente cibus, & à forti dulcedo. & sic de Salomonie dicitur loquutū fuisse in parabolis 3. Reg. 4. & intellectu omnem parabolam. significat etiam parabola prophetiam, ut ex D. Proetro, Clemēs loco citato ostēdit, & sic Num. 23. & 24. Assumpta parabola dixit. & Iob 27. & 29. Assument parabolam suam. & sic psal. 77. Aperiam in parabolis os meum. Verum solet etiam parabola sumi pro carmine lugubri, atque tristi, & quo solemus alicui aliquid exprobare, sicut illud canticum erat, quod Esai. vineæ canebat cap. 5. & quale 14. c. Regi Babyloniae dicebatur, Et erit in die illa, cum requiem tibi dederit Deus à seruitute dura, qua ante seruisti, sumes parabolam istam contra Regem Babyloniam, & dices: Quomodo cessauit exactor, qui euit tributū & contriuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium, &c. Abacuc. 2. Nunquid non omnes isti super eum parabolam sument, & loquelam enigmatum eius? & dicitur, Væ ei qui multiplicat non sua. & Ezechiel 27. & assument super te carmen lugubre, &

bre, & plangēt te, & Iere. 9. Vocate lamētates, & assument super nos lamentum, & hoc contineat, quomodo vastatis sumus & confusi vehementer, quia dereliquimus terram, qui ad deserta sunt tabernacula nostra. Sumeatur igitur de vobis parabola. i. dabitis materiam loquendi omnibus, omnes vos in ore ferent, in omnium ore versabimini tāquam fabula vulgi, lugubria de vobis cantabūt carmina, quæ suavitatem maximam ipsis canentibus adferant, & materia carminis continebit vestram deuastationem & ruinam. Voices illas proferent, quas vos in tanta miseria & calamitate cōstituti dicetis, cum tam gravia mala patiemini. Hæc enim erunt vestra verba: Depopulatione vastati sumus, hoc referent cantilenæ, quod vos ipsi proferetis, pars populi mei commutata est, iam non ille decor, non illa pulchritudo, & felicitas inest populo meo quæ antea erat, quādo ex duodecim tribubus constabat. Iam non illa omnium rerum affluentia, omnia in contrarium videntur commutata, in parte populi mei. i. in decem tribubus, qui antea populus Dei, iam nō populus Dei: qui antea dilectus, iam odio habitus: pars populi mei cōmutata est,

C O M M E N T A R I A I N

ta est, quomodo recedet à me. s. omnis decor
pristinus, aut quādō recedet? Respondet, cū
reuersus fuerit, qui regiones nostras diuidat,
quia dixerat, partē esse cōmutatā: modo ex-
plicat quādō tota pulchritudo effet cōmuta-
da. Cūm venerit, inquā, Titus & Vespasianus
qui nos nostraq; oia suis diuidet militibꝫ,
tunc namq; omnis pulchritudo recedet, & si
qd residui fuerit apud Iudæos, prſus destruc-
tur, & deuastabitur, & sic sequitur: Propter
hoc nō erit tibi. i. iā deinceps, ô Iudæ, nō e-
rit tibi pars aliqua in cōtu iustorū, prſus ab-
ijcieris, vt nunquā reuertaris in amicitiam,
quod ſaepius etiā per alios pphetas videm⁹
illis fuisse vaticinatū: vt late docet Galatinus
lib. 9. c. 4. Sic quidē vt clare potuimus, verba
noſtri interpretis, obſcura ſane ſumus inter-
pretati, ſed an ſenſum fuerimus aſſequuti, a-
liorū ſit iudiciū. Verū Pagninus verba He-
bræa paulo aliter eſt interpretatus. ſic: In die
illa, ſumet lamentator ſupervos parabolā, &
lamētabitſur lamentū: lamentū(dixit). peni-
tus vastati ſumus, partē populi mei mutauit.
Quomodo remouit à nobis, quos ſperaba-
mus nobis restitui, agros nostros hostis diu-
ſit ſibi. Idcirco nō erit qui proijciat tibi ſor-
tem in co-

M I C H E A E C A P . I I .

70

tem in coetu Domini. Verba Hebræa ſic:
בְּ י֥וֹם נַהֲוָדְאָ וְשָׁאָ עַלְכָם מִשְׁלָחָנָה נֶגֶד
בְּהִיאָ: אָמַר שְׂדוֹד נְשָׁרָנוּ חַלְקָעֵמִי וּמִיר אַיִקְעֵמִישׁ לִי לְשׂוֹבֵב שָׁרָנוּ וְחַלְקֵנָה לֹא בְּהִיאָ
לֹן מְשֻׁלָּחָנָה בְּגַדְלָל בְּקָהָל יְהוָה

Baion hahu izha alechen masal venachah nehi: amar ſa-
dod nefadenu xeleh ami iamir ech iamis li le ſobeb za-
denu iexalech lachem lo ikie lecha maslich xebel bego-
ral bichal ichoua. Quæ, ſi quis verbo ad verbum
quod dici ſolet explicet, ſic tex. habet. Indie
illa, ſumet de vobis parabolā (aut ſicut Iona
thas tranſtulit) eleuabit, ſiue extolleſt ſuper
vos parabolā, & lamētabitſur lamentū lamē-
tationis, dicēs: Deuastatione vastati ſumus,
partē populi mei mutauit, quomodo abſtu-
lit à me, tollēs agros nostros diuifit. Idcirco
non erit tibi proijciens funem in forte ecce-
ſiē Dei. Et eſt aduertēdū illud, quod in libris
regnorum, & apud prophetas legimus fuſſe
in populo illo, plurimos falſos pphetas, qui
ſeſticia ſemper atq; pſpera populo illi, atq;
regibus promittere ſolerēt, ſic aurā captātes
popularē. Sicut apud Ieremiā cap. 14. legim⁹
A. A. A. Dñe Deus prophetæ dicunt eis, non
videbitis gladium & fames nō erit in vobis,
ſed pacē verā dabit vobis in loco iſto: cū aūt
vera à veris annuntiabātur prophetis, aduer-
ſabātur illis, & cōtēdebāt, ne quaquā diuino
illos

illos afflatos spiritu, illa prædicere. Sed quia sic essent in gētem illā male animati. Quod aperte legimus 3. Reg. 22. contigisse Micheæ filio Iemlai, qui cum percussus esset ab alio propheta, in carcerē est coniectus, ut ibi pa-
ceretur panæ angustiæ, & aqua afflictionis, quia mala pphetauerat, & ea quę Achaz au-
dire nolebat. Et inter alia quæ falsi prophe-
tæ falso asserebant, illud erat Dei benignita-
tem & liberalitatem ergagentem illā. Nec
esse metuendum de diuina bonitate, qui a-
mantissimus esset illius populi malum [ali-]
quod: & sic cum Micheas illis prēnuntiaret,
quam multa mala quæ hactenus vidimus, &
præcipue hanc vltimam captiuitatē, de qua
paulò antè mētionem fecerat, à pseudopro-
phetis persuasi, falsa esse, & a Michea facta
hæc omnia putabant. Et ideo dicit mōdō: In
die illa, quando scilicet venerit hoc malum
quod Deus cogitat contra vos, & quod à me
fingi asseritis, sumet de vobis parabolā pseu-
dopropheta, qui vos seduxit. Vocat autem
lamentationem parabolam, quia solent qui
lugent, vti sermonibus obscuris & figuratis:
tunc lamentabitur flebile carmen, non pro-
spera & fœlicia dicet, sed cum videat nō suc-
cessisse

cessisse sicut ipse asseuerauerat, sed è cōtra e-
ueniente omnia lamētabitur, & dicet: Deuasta-
tione vastati sumus, subita quadam & inopi-
nata deuastatione sumus vastati, & quam nō
potuimus præuenire, prorsus aētū est de no-
bis, partem populi mei mutauit. Et est etiam
aduertendum, quod qui lamentātur, omnia
cōfundunt, nec tempora, nec numerum, nec
genus, nec personam de qua loquuntur ob-
seruant, veluti homines p̄æ dolore & angu-
stia perturbati, & sic dicit: Deus partem po-
puli mei mutauit, tradendo illam possiden-
dam alteri, quomodo abstulit à me, & illam
tradidit possidendam hostibus? Vel sicut Va-
tablus: Quomodo abstulit à me, cùm potius
restituturus videretur nobis agros nostros,
diuisit (sub.) agros nostros alijs: & quomodo
fiet hoc? quod auferat à me quod meū erat,
tollens agros meos diuisit alijs? Et quomodo
hoc facere potuit Deus benedictus, quod
hæreditatem nostram, & quasi iure hæredi-
tario nobis debitā, tradat alijs. Sicut & Iere.
plorabat Thren. 4. Hæreditas nostra versa
est ad prophanos. Ecce igitur pseudoprophe-
ta, veluti de Deo queritur, quod illa quę sua
erat, & illis debebantur, alijs tradiderit, & di-
cit, quo-

cit, quomodo hoc facere potuit? quasidicat; non certe debuisset facere, & sic fallere nos, quando dicebamus, hęc illum non facturū. I. concedere hęreditatē, & regionem hāc quam patribus nostris, & nobis possidendā prius cōcesserat, alijs. f. Assyrijs, siue illis qui missi sunt à rege Assyriorum, ad habitandā illam regionem, vt constat 4. Reg. 17. Sic nō intelligens mysterium, querebatur se deceptum Ieremias cap. 4. cùm anteā bona, atque foelicia annunciasset, & statim subdiderit, peribit cor regis, & cor principum, & obstupescerent sacerdotes, & prophetę consternabuntur, dicit: Heu, heu, heu, Domine Deus, ergóne decepisti populum istum, & Hierusalem, dicens pax erit vobis, & ecce peruenit gladius usque ad animam. Sic ergò & isti, licet perperam & sine ratione aliqua videtur conqueri, quod à Dei bonitate fuerint decepti, & quod sine causa & ratione suis spoliati bonis abirent & alijs illa traderentur, & quia sic pessimè contra Deum murmurare videbantur, subdit Micheas. Idcirco hęc dicit Dñs, nō erit tibi hęres in coetu iustorū, aut non habebis partē in ecclesia Dei, cū si expositiles de Deo: & nō poti⁹ tua recognoscas sc̄la

sc̄as scelerā, & hęc mala venisse intelligas ob tua peccata, & sic pœnitētiā agas, recognoscēs iustissimo Dei iudicio te fuisse spoliatus bonis & paterna hęreditate. Et sic cū Da uide potius dicēdū, sicut in Hebręo habetur in psal. 61: Ad Deum silet anima mea nō obloquar de diuinis factis.

Ne loquamini loquentes, non stillabit super istos, non comprehendet confusio dicit dominus Iacob. Nunquid abbreviatus est spiritus Domini? aut tales sunt cogitationes eius? Nōne verba mea recta sunt cum eo qui recte graditur.

*S*ic Hieronymus explicat: Nolite vos de cipere domus Iacob, & in consolationē mutuā dicere Deus bonus est, non veniet captiuitas quam timemus. Num longa eius misericordia, & clemētissimus spirit⁹ quila-tē & abūdāter ortus est omnibus, tātū in nobis abbreviabitur, & seuer⁹ erit, aut huiuscmodi sūt cogitationes quales in hominibus cernimus, vt antiquā tensat iracundiā, & ad yindictam

vindiictā furore subito concitetur. Hæc illæ
Vt autē clariora reddamus, quæ à D. Hiero-
dicta sunt obscure, ordo verborum iste est,
O domus Iacob, Dominus dicit: Ne loqua-
mini loquentes, non stillabit super istos, nō
comprehendet eos confusio. Ne loquamini
loquentes: Nūquid abbreviatus est spiritus
Domini, aut tales sunt cogitationes eius? Cū
enim prophetæ Domini, tam multa semper
minarentur mala, quæ vētura prædicebant
super illos, adeò, vt prorsus aliquādo reicio-
dos esse vaticinarētur, veluti deliria, & vania
& ab authoribus ficta, illi hæc esse iudicabāt,
nequaquam sibi persuaderi poterat populi
adeò dilectum, ex tam illustri Patriarchati
prosapia descendente, inter quos illustre
illud & admirabile templum erat, quibus sa-
cerdotium, & sacrificia à Deo instituta fu-
ravit, & quos suis legibus Deus instruxerat
aliquando ad eam miseriā redigendos, vi-
llorum obliuisceretur Deus, Imò quodam
plius est, perfidi qui modò extant Iudæi, q.
tam miseriā, & tam lōgo seculorum spati
experiantur captiuitatem, cum tam clara &
aperta suorum prophetarum illis ostenda-
mus testimonia, adhuc tergiuersantur, ne
cio qui

cio quibus delirijs elabuntur: & falsa quadā
ablaçtati spe in sua cæcitate, & perfidia per-
sistūt. Sic ergò dicit propheta: Ne præcor sic,
loquamini, non stillabit super ıłtos, non
sunt ista prophetiæ, quibus isti comminan-
tur ista mala ab ipso Deo: quod si ex Deo pro-
cedunt, & eius spiritu, nō sunt intelligendæ
de ıstis, s. Iudeis, sed ad alios pertinēt. At isti
si ab spiritu ast lati hæc asserunt, nobis appli-
cant quæ Deus super alias gentes vētura de-
creuit mala. Hæc illi dicebant. Nec quidem
mirum est, cùm & Ierem. cùm à Deo mitte-
retur, cap. i. & illi diceretur: Propphetam in
gentibus dedi te, & ecce constitui te hodie
super gentes, & super regna, vt euellas, &
destruas, & disperdas, & dissipes, & edifices, &
plantes, arbitratus est se nihil mali cōtra po-
pulum Iudæorum, sed contra diuersas mun-
di nationes prædicturum. Et hac de causa di-
xit c. 20. Seduxisti me Dñe, & seductus sum,
fact⁹ sum in derisum tota die, exiui in subsan-
nationē. Queritur à Dño se fuisse deceptum
quod & Iudæis etiam mala quę prænuncia-
bat essent euentura, deceptus nō falsitate ali-
qua, sed ambiguitate vocum (quarum autē
disputat Hier. in commentarijs huius loci)

& similiter idem passus est, cùm cap. 25. dictum est illi. Sume calicem furoris huius & propinabis de illo cunctis gētibus, libenter accepit non intelligens, in cunctis gentibus Israel intelligi. Et si D. Hieron. credimus, Esaiam hac de causa cap. 6. tam vltro se obtulisse reperiemus, cùm à Deo diceretur, Quemittat, & quis ibit nobis? Ecce ego, mitte me, quia suis existimabat, non nisi lata, & fœlicia se annunciatrū, cum iam toties tam tristia, & calamitosa prænunciasset, cupiens ergò suis prodesse, officium illud libenter subi- bat, vt dicit Grego. in 1. parte pastoralis cap. 7. Ilti ergò hac vana spe decepti diuinæ bonitatis solum, ad eos nequaquam pertinere asserebant hæc quæ veri prophetæ vaticinabantur. & sic vterius dicebant: Non comprehendet eos cōfusio. Silla quæ ab istis annunciatrū, non enim est abbreviatus spiritus Domini. Nec credere par est de Deo, tales illumvnquam habuisse cogitationes, mētiuntur isti, cum talia Deo tribuant. Sic Ieremię dicebatur, mendacium tu loqueris, & non misit te Dñs cap. 43. Sic etiam dicebant, tātum abest, vt huiusmodi ab spiritu sancto sint, & isti sint dicēdi veri prophetæ, vt potius

tius mēdaces & pessimi sychophatæ sint apellādi, qui eā audeāt de Deo pronunciare, quæ neq; in mētē illi^o venerūt, nec somniauerit vnquā, quod inquam, ira Dei de cālo sit ventura super patriarcharū generosam progeniē (qua ratione sibi omnia fœlicia p. mittebāt sicut apparet ex illa Christi redemptoris nostri, reprehēsione. Ioan. 8. Nolite sic gloriari quod patrē habeatis Abrāhā, cū nequaquā illius referatis mores) nūquid min^o nūcpotētiē habet quā olim? estne imbecillior, & breuior redditus eius spirit^o? Estne decurtata eius potētia, vt nō possit adimplere, quæ progenitorib^o nostris promisit olim? Indignum est tale aliquid de illo cogitare, aut mutabiles illū habere cogitationes asserere. Hisce atq; alijs verbis iltis similibus animos informabāt suos, vt sic in priorib^o sceleribus persistere pergeret, & nullā mutādæ vitē rationē haberet, & hos alloquitur ppheta: Odom^o Iacob, ne loquamini loquētes ista, quæ dicere soletis, Nō stillabit super istos, nō cōprehēdet eos cōfusio, nō est abbreviat^o spiritus Dñi, nō sunt tales eius cogitationes. Et sic statim sequitur: Nonne verba mēa bona sunt cum eo qui rectè graditur? Nolite sic

COMMENTARIA IN
precōr, dicit prophēta, pro Dōcō responde-
re. Attēndite dicit Dēus, ad verba mea, & vi-
debitis an ego tēnēar aliquid vobis p̄fāsta-
re, cūm nūquām vos faciat̄is quod promi-
stis facturos: fateor me multa vobis promi-
fisse, & fāpiūs asseruīsle, me quāplurima bo-
na vobis concessurum. Sed quib⁹ illa dice-
rentur attendite: Cum his qui rēctē gradium
tur loquebar, ad illos verba mea bona erant.
Sic Deut. 7. dicitur: Scies, quia Dōminus Dē-
tuus, ipse est Dēus fortis, & fidelis, custodijes
pactum, & misericordiam diligentibus se.
& ijs qui custodiunt p̄cepta eius in milles
generationes, & reddens audientibus se sta-
tim. Et subdit: Si postquam audieris hāc iu-
dicia, custodieris ea, & feceris, custodiet &
Dominus Deus tuus pactum tibi, & miseri-
cordiam quam iurauit patrib⁹ tuis, &c. &
cap. 11. En propono in conspectu vestro ho-
die benedictionem, & maledictionem. Be-
nedictionem, si obedieritis mandatis Domi-
ni Dei vestri, que ego hodie p̄cipio vobis.
Maledictionem, si non obedieritis manda-
tis Domini Dei vestri: Atque vtraque in
psalm. 88. prolixē describuntur, plena eſ-
criptura ſacra huiusmodi p̄missionibus,

vt non

vtnō sit opus in re clara multum immorari.
Hoc ergō dicit, considerate vos diligenter
verba omnia quibus tā multa ſemper bona
promisi, & reperiētis illa eſſe bona, cum his
qui rectē gradiūt. Cūm vero vos adeò in-
fandis ſitis contaminati ſceleribus, falſo qui
dem vobis perſuadetis, iſta mala non ventu-
ra eſſe ſuprà vos, aut aliquam impotentiam
aut mutationē in me eſſe, cū iſta mala indu-
xero, ſed vefra ſcelera multo maiora me-
ruiffe existimare vos oportuiffet. Verum il-
lud ſane ſilentio p̄ttereundum non eſt.
Quod & ſi ſenſus haec tenus redditus, ſatis vi-
deatur conuenire, tamē verba hāc aliter, &
ad aliū ſenſum ab alijs interpretibus verti
ſolere. Verba enim Hebræa ſic habent:
אַל תִּתְפֹּה לֹא יִשְׁפֹּן לֹא יִתְפֹּגֵל כָּל מִזְוֹת
Al tatiphu iatiphun lo iatiphu la
hele lo ifag chelimoth, &c. Quæ ſic reddit
Aquila. Ne ſtilletis ſtillantes, nō ſtillabunt
iſtis: hoc autem quod Aquila ſtillare dixit
Lxx verterūt: Nolite flere lachrymis, vnde
ſi ad verbum vertamus ſic habet textus: Ne
ſtilletis ſtillabunt, non ſtillabunt iſtis, non
apprehendet confuſiones, ſiue ignominias.
O dicta domus Iacob, nunquid abbrevia-
tus eſt

tus est spiritus Domini? Nūquid ista eius studia, scilicet, sunt? Et certè cum vno, verbo prophetæ semper fuerit vsus, videtur conuincire magis, vt vno & eodem verbo Latino interpres vteretur: Ne his qui lingue aliena cognitione carent, aliquid latere videretur mysterij in variatione: Idiomate quodam Hebraico eloquium ab eo quod fluat, & ad aures perueniat audientium in similitudine pluiae descendenter stillationē vocant Hebrei: licet præcipue in scriptura sumi videatur pro prophetari, eò quod paulatim prophetæ, atque pedetentim suas stillare videantur prophetias: Et quod veluti pluua de cœlo prophetia veniat, & inde descendat, ve quia non totam Dei iram, sed paruas stillas comminatione denunciant. Vnde cum euangelij cōcionatores, prophetarū loco succederint, hoc maximè illos aduertere decebat non tam effundere quod sciunt debere quam quę pro auditorum capacitate necessaria videātur, quasi sensim infundere. Sic enim Iob. 27. dicitur Deum in nubibus super aquas ligare ne pariter irrumpant. Sed rauertamur vnde digressi sumus, stillare, scriptura səpius sumere videtur pro propheta-

tan

ri, siue verè siue false, sicut & etiam falsi prophetæ, prophetæ dicuntur. Sic Deut. 32. Ad hoc alludens Moyses, dicebat: Fluat vt ros eloquium meum, quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina. Sic Iob 29. Qui me audiebant, spectabant sentētias, & super illos stillabat eloquium meum. Specabant me sicut pluuiam, & os suum aperiebant quasi ad imbrem serotinū. Amos 7. Non stillabis super domum idoli, licet in Hebreo habeatur super domum Isaac. & inferius in isto capite bis in hac acceptione à nostro prophetæ, & interprete, verbum stilare positum reperimus. Atque ita in isto loco, sensus est, stillabunt pseudoprophetæ, veris prophetis ne stilletis. Et est aduentendum, quod (vt frequenter legimus in sacra historia) quādo prophetæ Dñi vaticinabantur mala populo illi, conabātur Iudei illis silentium imponere & illos impedire, ne vaticinarentur, nec ferre poterāt eorum sermones quibus instruebantur de his quę illi maximè conducebant. Imò ab illis per cōceptū, prophetarū vaticinia onus appellari solebat, sicut videtur cōstare Iere. 23. & Mā daremenda Esaię cap. 28. Sic ergò 3. Reg. 22

Regem Achaz legimus cùm plurimos consuluisset prophetas, Micheam autem filium Iemlai, nequaquā audire volebat, cò inquit quia mala vt ipse putabat, semper annuntiabat. Imò cùm illi veritatem prophetasset, in carcerem coniecit, & 2. Paralip. 16. Assan legimus Anani prophetam iussisse mitti in carcere, eò quod veritatem illi prophetasset, Frequenter legimus apud Ierem. vaticinari prohibitum, & sèpiùs hac de causa in carcerem coniectum. Sic prophetæ Amos cap. 7. dicebatur: Qui vides, gradere, & fuge in terram Iudà, & comedere ibi panem, & prophetabis ibi, & in Béthel non adiicies ultra vt prophetes, quia sanctificatio regis est, & domus regni est. Et subdit: Tu dicas non prophetabis super Israel, & non stillabis super domum idoli? Hoc ergò dicit Micheas, vos veris prophetis silentium imponitis, & cogitis illos tacere, ne prophetent vobis. Nam dixerat: In die illa pseudopropheta sumet à vobis parabolam, quia non erit verus propheta tunc inter vos, nam veris prophetis silentium imponitis, nollentes ab eis veritatem audire, & quæ vobis maximè cōueniūt. De qua re per Esaiā clarius querebatur Dominus dicens, c.

30. filij

30. Filij mendaces, filij nolentes audire legé Dei: qui dicunt videntibus, nolite videre: & aspicientibus nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt, loquimini nobis placétia, videte nobis errores. Auferte à me viam, declinate à me semitā, cesset à facie nostra sanctus Israel. vel vt clarius Lxx: Auferte à nobis verbum Israel. & apud Amos l. c. 6. dicit unus alter: Tace ne recorderis nominis Dei, quod vtinam apud illum populum solum hoc cōtingeret, nec iam nostra tépestate experiremur quæ plurimos, de quibus & eadē ratione quæri Deus posset, quod graue sit illis doctrinam sanam audire, solum eos quærat, aut concionatores, aut theologos, qui habent conscientiæ laxat, vtinam nō iam vide remus nostra ætate adimpletum, quod futurum Paulus dicebat. 2. ad Timoth. 4. Veniet tempus cum sanam doctrinam nō sustinebunt, sed coacerbabunt sibi magistros pruriētes auribus, & ad fabulas aniles convertentur: & hac de causa quia sic conamini silentium imponere veris prophetis: & tam graue efficitur vobis eos audire qui vera narrant, non stillabunt istis. s. post illum diē, priuabimini prophetia, & non erūt amplius

K 5

inter

inter vos veri prophetæ, nec iam quisquam
verorum prophetarum apprehendet igno-
minias, non erunt veri prophetæ inter vos,
quos ignominij & confusione afficiatis si-
cūt modò facitis, sicut ex Osee 9. cap. cōstat;
Stultos & insanos veros prophetas appelle-
abant, & huiusmodi ignominij afficie-
bant, quod Osee reprehēndēs dicit, scitote
Israel stultum prophetam, insanum virū spi-
ritualē. Quę sic explicat Hieronymus, o Is-
rael, nunc tua verba cognosce qui prophetā
tibi vera dicentem & prophetantem spiritu
sancto, stultum & insanum vocabas, & ideo
veris prophetis priuabimini, nam per Amos
cap. 8. Ecce dies venient, prædictum legimus
dicit Dominus, & mittam famem super ter-
ram, non famem panis, non sitim aquæ, sed
audiendi verbum Domini. Quod eueniſſe
& ipsimet Hebrai fatentur, se iam à multis
annis, nullum habuisse prophetam, nullum
inter eos esse repertū, qui diuinum patere-
tur instinctum, grauiter sentiunt hāc famem
verbi Dei. Quod iusto atque æquissimo iu-
dicio factum fuisse Paul. ad Thessalon. 2. do-
cet. Eò, inquit, quod charitatem veritatis nō
recepérunt, vt salui fierent, ideo mittet illis

Deus,

Deus operationem erroris, vt credant men-
dacio, & simili ratione idem gentibus con-
tingisse docet, ad Rom. 1. & quia nō proba-
uerūt Deum habere in notitia, tradidit illos
Deus in reprobū sensum. Sic ergo dicit no-
ster propheta illos veris prophetis esse pri-
uandos, quia cum illos habebant, non audie-
bant, sed illis silentium imponebāt, vt sic vi-
dētes se noluisse cum possent obedire illis,
cum modo non habeant, intabescant se tūc
reliquisse. Desiderabunt videre vnum diem
filij hominis, & non videbunt. O dicta do-
mus Iacob, quæ prophetis olim obedire so-
lebas, & eorum verba audire, quomodo
cum vos sitis filij Iacob, sic parum parentis
mores refertis, sic ab illo degeneratis, & cum
sitis ex illa familia, quæ Deo tantū placebat,
& cui sui notitiā reuelarat, siccine ad eam po-
tuistis deuenire insaniā, vt nomine tantū, &
nō re iā domus Iacob dicamini? O dicta do-
mus Iacob, quæ iā tantū nomē geris: aliud est
enī esse domū Iacob, aliud dici, sicut & Ioan.
videtur docere, cū de nobis loquēs dicat: Vi-
dete qualē charitatē dederit nobis De°, vt fi-
lij Dei dicamur, quod licet illustre sit, at qđ
ampli⁹ dedit? Et simus, inquit, qđ illustri⁹ est,

Luc. 17.

1. Epist. c. 3.

At

COMMENTARIA IN

At vos non estis, sed nomine tatum, cum id quod domus Iacob olim praestabat, nequam præstetis. Numquid abbreviatus est spiritus Domini, ut non possit mittere prophetas, sicut olim mittebat? Dicebant enim illi: Deum iam olim Moysen misisse, & alios, per quos sibi suam aperuit benevolentiam, & per quos tam multa bona promisit: iam amplius se non indigere prophetis alijs, qui tam diversa, quam illi de Deo loquerentur: & sic contumelijs afficiebant eos, negantes eos spiritu diuino afflatos, sed mendaces & Sycophantes esse. Putatisne Deum, dicit, impotenterum redditum, quam olim fuerit? aut decurtatam magis & abbreviatam habere potentia, qui olim habuit, cum misit prophetas, ut etiam iam alios mittere nequeat? Senuitne spiritus propheticus eius, ut iam suo munere fungi non possit? Sic per Esaiam simili vtebatur arguento cap. 50. Nunquid abbreviata & parvula facta est manus mea, ut non possim redimere, aut non est in me virtus ad liberandum? & c. 59. Ecce non est abbreviata manus mea, ut saluare nequeam, & Numeri. II. Nunquid manus Domini inualida est? Siccine ergo vos vultis imponere regulas, & limites spiritui Dei,

ut non

MICHEAE CAP. II.

79

ut non possit ipse quod voluerit vobis praedicere? Siccine tempus, & locum vultis illi assignare, ut ex vestro pendeat arbitrio? Quod Betulizæ ciuibus reprehendere videbatur Iudith illa foemina prudentissima, cum c. 8. diceret: Posuistis vos tempus miserationis Domini, & in arbitrium vestrum diem constituitis ei. Nunquid haec studia eius, ut quæ vobis eueniunt mala ipse sit causa, non potius vos? Nunquid prophetarum prædictio malorum vestrorum est causa? Siquidem prophetæ proprium est (ut author est D. Athanasius in lib. de passione & Cruce Domini fol. 645.) futura prospicere, & in eo non al-lucinari: hominum autem proprium est age re quod velint. Et subdit: In summa id pro certo haberri debet, prophetas, non solùm legum esse magistros, ut quæ præcipiunt fieri debeant, sed rerum quoq; futurarum indica-ces esse. Siquidem non è quod dicunt, ideo quid fit, sed quia id futurum est, ideo ab illis prædictitur. Et subdit: Iudei ergo sua voluntate inducti sunt, ut ea facerent, neq; sancti per sua verba necessitatem addunt negotijs, ut cogantur ita fieri, sed quū præuideat studia eorum, volūtatesq; qui talia acturi sunt rem id est,

ideſt, futura denuciat. Hæc ille. Illi enim admonent ut resipiscatis, ut per poenitentiam fugiatis ab ira vētura, ut diſcatis cauere à malis, quæ vos ipſos manent, hæc sunt studia Dei, certos vos de his rebus facere, ut ſic ad illum conuertamini, & vēstra conuerſione cefſare faciatis furorem iræ ſuæ, ſuntne Dei cogitationes, quando hæc annuntiat, ut vos perdat? vos ipſi conſiderate attente. Et ſic intelligetis, quam perperam ſilētum prophetis imponatis: Cūm beneficijs afficere, & gratiſsimos vos erga illos exhibere debetis, & eos libenter audire, nonne verba mea bona ſunt cum eo qui recte graditur? certe verba mea nemine malis afficiunt, ſed rectis & bonis valde ſunt vtilia, multū quidem illis pro ſunt qui Deū timent, & recte gradiuntur, nō ſunt malorum vestrorū cauſa, ſed vēstra peccata, & quod non recte gradiamini.

Et è contrario populus meus in aduersarium confurrexit, Desuper tunicam pallium ſubſtulit, & eos qui transibant ſimpliciter, conuertit, in bellum.

Est id notandum, quod quia dictio Hebreā לְמִתְחַדֵּשׁ hemul, & è contrario ſignificat, & diem heſternū. Sic Symmachus tranſtulit: Et qui die heſterno populus meus. Pa-ginū, Et qui heri populus meus. Vatablus, Et qui non ita pridem populus meus, in mo-rem hostis insurrexit. Ecce, inquit, qui heri erat populus meus obſeruādo legem meam, & meis obtemperando præceptis, tanquam hostis insurgit aduersus fratrem ſuum, vt e-ius vēstem rapiat. Quibus verbis iterum co-rum inexplibilem habendi cupiditatem ta-xat, quod in principio capitis ante a fecerat, ut pro more prophetas facere ſæpius vide-mus. Est eīn hoc optimi cōcionatoris munus in illis vitijs immorari, & iterū atq; iterū de illis ſceleribus sermonē facere, quę maximē vigere intelligit in eo loco, in quo conciona-tur, & ſic iterū ad idē reuertitur: Desupertu-nicā, inquit, palliū ſuſtulit. Si quā pulchrā vētē, aut pretioſā ſuppelle ſtilē apud aliquē vidiftis, quacūq; via conamini poſſidere, aut ſitantū tunicā & palliū habet, nō ſinitis illū duplē habere vēstem, cūm ſolum tunica induitus incedere poſſit. Sicut ſi quis no-trūm alicui egeno diceret, vendat pallium,

& emat

& emat sibi necessaria, aut si debitori dicimus, vt tunica cōtētus, palliū vendat, vt nobis debitum soluat: & eos qui transibāt simpliciter, conuertistis ad bellum: transeunte simpliciter, appellat innocētes, iustos, & pacificos homines, qui de nulla re vñquam ligare vellent. Dicūtur autem huiusmodi trāseuntes, qui non hic habent ciuitatē permanentem, sed sciunt se peregrinos esse super terram, sicut ad Hebr. ii. indicauit Paul. Vos igitur tales viros, ad iram & iurgia concitatis, sic iniuria afficitis, vt limites patiētiæ illos trāsire cogatis, facitis illos ad lites & contitiones conuerti, vel ab illis qui securiū cedunt, veluti tempore pacis, & finito bello sustulisti pallium, veluti prædones, incavatos spoliastis & denique nihil non facitis, vñ consequamini quæ vultis habere.

Mulieres populi mei eieciſtis de domo delitiarum suarum.

Mouetis dicebat lites contra pauperes, & eorū detrahitis suppellectilē aut quicquid pretiosum habēt propter quābita quæ vobis debere fingitis, & cūm non sufficiunt pignora eorum, domos accipitū

& illo-

& illorū vxores extra domū ejicitis (quod crudelitatis non nihil videtur indicare) vt vobis comparetis domus alterius possessio- nem. Vel aliter, cum ita frequenter debito- ris domum adeatis, ad illa comparanda que vobis deberi afferitis, & hoc frequentius q̄ forsan par sit, cum toties domi suæ maritus superueniens vos ipsos reperiatur. Facitis vt si- nistram aliquam de vxore concipiatur suspi- cionem, & illam extra domum ejiciat, & id ē est ac si vos ejiceretis illam, cum sitis in cau- fa vt ejiciatur. Et appellat domum deliciarū, quia nihil gratius esse debet optimæ matro- næ, quam in domo mariti sui esse, & quæ ibi gerantur cognoscere. Veldomum deliciarū appellat, in qua diu habitauit in maximis delitijs cum marito, & in maxima charitate coniugali.

Et à parvulis earum sustulisti lau- dem meam in perpetuum.

ET fecistis quod pueri earum veniant in suspicionem, quod sint spurij, & sic paterna priuentur hæreditate, propter quā me deberent perpetuò laudare. Sicut dicitur psalm. 105. vt lauderis in hæreditate tua. aut

Lappellat

appellat forsan laudem suam, vel decorum suū, perpetuā viri & vxoris cōiunctionē, quā ipse à principio creationis fecerat, cum de costa viri vxorē formauit. Cōiugiu ergo cōdecoratū à creatione parētū nostrorū, & ab eo institutū, laudē suā perpetuam appellat.

Surgite & ite quia non habetis hic r̄ quiem, propter immundiciam suā cor rumpetur putredine pessima.

Veluti iratus propheta ob scelera qua narrauerat, in hæc verba prorupit: *Surgite, & ite, vos putatis hæc regionē vobis futuram perpetuam, sed fallimini. veluti quieti & securi in illa sedetis. Surgite & ite. nā iā hinc migrabitis, ipsa vos euōmet, vos ne quaquā ferre potest, quia illam corrupisti. Polluta est quia vos polluitis illam, sancta cum esset, & à vobis cum polluta sit, sic polulos sustinere nequit. I. pollutione pessima nolens nominare crimen eorum, adoratio-nes idolorū. Vel vt alij: *Surgite & ite. Nā in funiculo dimetientur terram hanc hostes.**

Vtinam non esē vir habens spiritū, & mendacium potius loquerer, stillarem

tibi in

tibi in vinura et in ebrietate, & erit sū per quem stillatur populus iste.

Ne quis existimare posset prophetā veluti gaudio affici, cū suis migrare praeciperet, & pprias deserere sedes iuberet, & tā acerba vaticinaretur, ea apponit verba, quæ facile indicare valeant animū quē erga suos haberet, & quanto ipse afficeretur moerore, cū hæc vētura certè præcognosceret. Vtinā quæ hacten⁹ vētura prædixi, ex meo cerebro fingerē, & nō sanctū paſlus instinctū hæc vaticinarer, & inter pseudoprophetas annumerarer, potiusquam vera eſſet, quæ prænūcio. Sed quid prodest cū ab spū sancto pcedāt, & spū Dei motus ego loquar? nō possum nisi pphetare tibi in meracū vinū, qđ te inebriet, nō possum nisi ppinare tibi ex calice furoris Dni, & ideò certissime eueniēt populo huic, quæ illi sum vaticinat⁹. Erit super quē stillatur popul⁹ iste. Ad hūc, nō adaliū pertinēt hę meę cōminationes. Solet hic ī quēſtionē veri, quomodo cū charitatis ordo in prēcepto sit, vt latē docet D. Tho. in 22. q. 27. optat ppheta, spiritu Dei carere potiusquā illa euenire, quę vaticinabatur. Cū dicat Christus

Matth. 16. & Marc. 8. & Lucæ. II. Quid prodest homini si totum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimetumpatiatur? Adde, nam proferre mendacium, nūquam licere arbitramur ex Augustini sententia. Quid ergo dicit? Utinam mendacium loquerer, quid tale dispendium pati optabat, & hoc in commodum forsitan temporale aliorum. Tali affectu præditum fuisse Paulum, & Moysen aiunt, Origenes in epist. ad Rom. cap. 9. Hieronymus in questionibus ad Algasiam questione 9. D. Bernardus serm. 12. super canticis & Basilius in regulis suis disputatis interrogacione. 3. & Chrysost. lib. 3. de prouidentia. cum Paulus dicebat, veritatem dico in Christo Iesu, non mentior, testimonium mihi perhibente, conscientia mea in spiritu sancto, quoniam tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo, optabam enim ego anathema esse à Christo pro fratribus meis qui sunt cognati mei secundum carnem. Et Moyses Exod. 32. Si nō dimittis noxam hanc dele me de libro vita. Hæc ab illis dicta sunt, per hyperbolēn & excessum, ut maximum charitatis affectum quem erga suos haberent demonstrarent. Non enim san-

ctissimi

ctissimis viris, & doctissimis ecclesiæ doctribus sese ofterre poterat, quomodo aliter optaret à Christo separari Paulus? aut de libro vita deleri Moyses? aut spiritu Dei care re & pseudoprophetam esse Micheas. Sed Moysem, & Paulum, in hoc loco faceſſere pauiſper rogemus, Nam uterque quidem (mea sententia) non per excessum, sed quod ita fieri vellent, quod optabant à Deo postularé. Nō enim esse anathema à Christo, separari à Christo est, licet intelligā à multis hoc probari, quorum authoritas nos merito commouere solet, sed potius ex sententia Hier. super Zachar. cap. 14. Christum referre, & eum imitari, & mala aliorum super seipsum sumere, quod omnibus semper optandum esse, quis negare audebit? quod late ostendimus in nostris super epistolam ad Romanos prelectionibus. Nec deleri de libro vita est, si rectè perpendamus quid liber vita significit, reprobari, ut vulgo interpretes existimant, sicut prolixè satis docuimus in psalm. 68. cum illa explicaremus verba, Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribātur. Sed nō annumerari in populo Iudaico, & in libro illo cōtineri, in quo omnes secū-

L 3 dum car-

dum carnem ab Abraham descendentes scri-
bebatur, quae breuius a me in hoc libro dici
tur, quam res ipsa postulabat, cum suis locis
copiose & non in alienis sint difficultates
tractandas. Sic etiam de prophetanostro, nec
per hyperbole quidem aut spiritu Domini
carere, aut pseudoprophetam esse opta-
se existimare possum. Imò nec sic hoc aliquid
desiderare licet arbitror. Sed si intelligam
phrasim esse loquendi, qua vulgo vti con-
fueuimus, cum nem certissime venturam sci-
mus, ad rei de qualoquimur certitudine de-
mostrandam, sic loquimur: Vtinā ego men-
tire, vtinam nō esset verū quod dico, quasi
dicamus, est res certissima de qua loqui-
mum. Sic apud Lucanum legimus lib. I. cum
Aruspex ex hostijs mactatis, certissimē ma-
ja venturā vellat prædicere, *Dij sata secun-*
dent, Et fibris sit nulla fides, sed conditor artis Finxen-
ista Tages. Quæ tamen nullo modo facta es-
censebat, sed certissima. Sic ergò Michæas
dicere volens certissimē ventura quæ præ-
dixit, sic loquitur: Vtinam non essem vi-
habens spiritum, & mendacium loque-
reri. Quasi dicat: Certè omnia quæ instil-
lauit aspera, super populum hunc venient
vt adhuc

vt adhuc respondeat obiectionibus popu-
li illius, qui nunquam sibi mala illa ven-
tura credere poterat. Verum cum dictio
Hebræa *lu*, interdum sit idem quod v-
tinam, interdum vertatur per si, sicut in
psalm. 80. Si populus meus audisset me. Pla-
cuit Paraphraſtæ Chaldeo, (& illum sequu-
ti sunt cæteri Hebraizantes,) sic vertere: Si
vir essem ambulans in ventum, & men-
daciū loquerer, & stillarem tibi pro vi-
no, & sicera, propheta essem pro populo
hoc, quia diximus populum illum asper-
nari solitum veros prophetas: & recipere
fallos, dicit modo: Si ego essem vanus
aliquis & insignis nugator, & questus gra-
tia tibi prophetarem, vt mihi vinum, aut
ficeram concederes, vt tuorum bono-
rum me participem faceres, & propter a-
liqua xeniola, tunc ego tibi dicerem pla-
centia, & quæ grata esse viderentur, ne il-
lis bonis priuarer, tunc ego essem pro-
pheta populo huic, tunc me libenter au-
diretis. At quia solùm veritatem prædi-
co, non quærens meam vtilitatem, sed ve-
stram, non vestra bona, sed vos solùm ad
mentem reducere, & conuertere ad cor,

COMMENTARIA IN

ingrata vobis esse videntur quæ dico, Me spernitis, & non vultis recipere. Sic etiam Amos 7. iuxta Caldeum Paraphrasten laudare se legimus, quod non uestitus gratia vaticinaretur, quia diues erat. Sic ergo Micheas istis verbis stultè illos agere docet, quasi dicat: Illi emulantur vos non bene, sicut ad Galat. dicebat Paul. At qui concionatur nullius premij temporalis gratia, qui non fauorem popularem captat: illi merito est habendafides, ille nudam simplicemq; semper proponeat veritatem, sicut ego facio.

Cōgregatione cōgregabo Iacob totum te, in unum cōducam reliquias Israel, pariter ponam illum quasi gregem in ouili, quasi pecus in medio caularum, tumultuabuntur à multitudine hominum. Ascendit enim pandens iter ante eos, diuident & transibunt portā, & egredientur per eam: & transibunt rex eorum coram eis, & Dominus in capite eorum.

Hac

MICHEAE. CAP. II.

85

HAec postrema huius capitatis pars à doctribus tā Christianis, quam Iudeis ad varios trahitur sensus. Rabbi Abraham Abenesra, putat prophetam adhuc populum illum reprehendere, quod tam facile fidem præberet falsis prophetis, qui illis annuntiabant omnia prospera, & fœlicia, quælia sunt quæ in istis verbis afferuntur. Nam hæc omnia verba pseudoprophetarum esse putat, decipientium eos. Rabbi vero David kimhi, prophetam adhuc mala prædicere autumat, quæ ventura erant super illos, propterea quod falsos prophetas reciperent, & veris aduersarentur. Et hæc contigisse quæ annuntiat Micheas, temporibus Sedechias regis Iuda, cuius narratur historia 4. Reg. 25. & Ierem. 39. & 42. quomodo per ortū, cum suis aufugerit, & ipse ascenderit ante eos. Et sic dicit, efficiam, ut ab hostibus obseSSI in viribus munitissimis cōgregemini, sicut oues à pastoribus congregari solet in ouili. Et ascendit, dixit, præteritum pro futuro, pro ascendet Sedechias per portam ortus regis. Et diuident murum, & muri ruptura erit illis vice portæ, & transibunt per illam, & egredientur, & transibit rex Sedechias coram eis, &

L 5

Dñs

Dominus qui ante fauebat eis, & quem ante patronum habebant, nunc propter peccata eorum, deseruit eos. Et licet hic sensus huic literę conuenire videatur, verūm quia Paraphrastes Chaldeus Ionathas, qui Christum redemptorem nostrum præcessit, ad tempora Messiae, hunc locum deducit: merito doctores Christiani, hunc locum ad Christum referunt, & prophetiam esse assertur, quæ explicet id quod Christus erat facturus. Et est aduertendum, id quod anno. tatus Chrysost. super Esai. cap. i. solere prophetas, post quam tristia atque lugubria annunciarint, ut animos audientium leuent, mentionem ingerere de fœlicitate Regni Christi, ut vel sic auditores in officio continerent spe aduentus Messiae. Et Theodoreus super Ioclem cap. i. cùm dura & tristia prædicunt prophetæ, postea cōsolationē adferunt, & ita Micheam isto loco facere, ut in ferius cap. 4. Verūm aliqui, hæc verba intel ligunt, de conuersione generali Iudæorum, futurā in fine mundi per prædicationem He liæ, sicut dixit Christus Matth. 17. Helias cū venerit restituet omnia, Euseb. lib. 2. de demonstratione euangelica cap. 50. cum Lxx in terpreta-

terpretationem sequiatur, ad alium sensum hæc verba detorquet, ad apostolorum chorū. Liranus autem ea intelligit, de congregatiōne patrum in limbo, & eorum eductiōne per Christū. Erant, inquit, ibi constituti à Deo, usque ad tempus, & sic ascēdit Christus pandens iter ante eos, quia sua morte aperuit cælum, & diuidet existentes in inferno, & electi transibunt portam egrediendo; & Dñs in capite eorum. Verūm si recte consideremus quæ antecedunt, & quæ sequuntur, nequaquam hic sensus cohæret. Vnde cum de Christi regno, & eius fœlicitate vellet agere, hac forsitan de causa, ne ipsum semper mala vaticinari arbitrarentur, qua ratione efficiebatur ne ipsum audirent; sicut insinuare vilus est, dicit modò: Congregans congregabo Iacob, colligendo colligam residuum Israel. Modò permittam Iacob dispergi, ob huius gentis immunita sclera & peccata. At licet tam acerba, & dura filij Iacob patientur: veniet tempus, quando omnes Israelitas, quantuncunque dispersos congregem, & simul in uno loco habitare faciam. At ne perfidi Iudei, ex isto loco aliquam sibi sumant occasionem

occasione, in sua perfidia manendi, donec
à Deo Optimo Maximo in vnum locum co-
gregentur, sicut aliqui eorum infelicissimi
arbitrantur: Appellat hic Iacob, non carnal-
iter descendentes ab Abraham & Iacob, sed
illos qui fidem Abrahæ imitantur, & qui se-
cundum promissionem sunt filii Iacob. Sic
enim ad Rom. 9. dicit Paul. Non omnes qui
ex circuncsione sunt Israel, hi sunt Israeli-
tæ, neq; qui semen sunt Abrahæ, sed in Isaac
vocabitur tibi semen. Et ad Rom. 4. Abraham
non solum pater dicitur circuncisorum, sed
eorum qui sectantur vestigia fidei eius. Om-
nes huiusmodi filios Iacob in vnum congre-
gabo locū, in vnam ecclesiam, non erit nisi
vnum ouile, & unus pastor, antea alias habe-
bat oues, & valde dispersas, sicuti ipse dice-
bat Ioan. 10. Alias oues habeo, quæ non sum
ex hoc ouili, & eas oportet me adducere. Et
Math. 15. Nō sum missus nisi ad oues quæ perie-
runt domus Israel: licet sint aliæ oues. At quod
modo dicit, hoc est futurum esse, vt aliquan-
do omnes filii Iacob, secundum promissio-
nem congregentur: & quantumcunq; sint di-
spersi, in vnum colligantur, sicut oues cōgre-
gari solent in ouili. Vel vt Hebraizantes ve-

tunt: In Bosra, quæ ciuitas est Idumeæ, in qua
multæ congregabantur oues, & de qua men-
tio fit Esai. 63. Quis est iste qui venit de Edó,
tinctis vestibus de Bosra? Et erunt tam multi
vt præ multitudine tumultuentur, nō quòd
erunt inquieti, sed vt ostendat maximam co-
piam futuram, id explicuit per effectū hunc,
non erit illis causa tumultus aliqua, aut rixæ,
& contentionis, in Christo enim Iesu nō est
distinctio Iudei & Graeci, omnes simūl in
vno ouili laudabūt Deum. Et quia dubitare
posset aliquis, & quomodo tanta, tanque
diuersa hominum ingenia, in vnu ouile con-
gregari poterunt, & in vnam sententiā addu-
ci, Respondet, Ascendit enim pandens iter
ante eos. Quia ascendet in crucem, præteri-
tum pro futuro, patiēdo pro omnibus, & sic
per mortem & Crucem suam, omnes ad se
trahet, sicut ipse asseruit Ioan. 12. Si exaltatus
fuerit terra, omnia traham ad me. Ascendē
do, ostendit fortitudinem suam, sicut in sen-
su mystico à sanctis dictum putatur in psal.
67. Qui ascendit super occasum, ia nomen
eius, fortissimus in morte apparuit. Et sic in
oratione Abacuc dicitur, Et cornua in ma-
nibus eius. Quid autem per cornua intelli-
geret,

Ad Gal. 3.

geret explicuit , Ibi est fortitudo eius , & pandit iter suis quod veniendum erat ad hoc ouile . Nam ipse passus est pro nobis , nobis relinquens exemplum , ut sequamur vestigia eius . Non sane nisi per tribulationes & afflictiones varias hac ingreditur . Sicut portavit Christum pati & ita intrare in gloriam suam . Non enim nisi per mortem Christi , & simul moriendo cum Christo , in hoc ouile ingredi licet , non nisi baptizemur , ad gregem Christi pertinere possumus , vel in re , vel in voto . At baptizari nihil aliud est , quam mori cum Christo , dicente Paulo ad Romanos 6 . Nolo vos ignorare fratres , quoniam quotquot baptizati sumus in Christo Iesu , in morte ipsius baptizati sumus , conseptuli sumus cum illo , iam si viuimus , non sumus illi priores , qui eramus antequam baptizaremur . Sed iam noui homines sumus , & postquam ipse ostendit iter , multi etiam eadem via gradiuntur , & glorianter , cum tali itinere gradiantur . Læti ibant apostoli , quia pro nomine Iesu , digni visi sunt contumeliam pati , & sic Iacobus dicebat : Omne gaudium existimare fratres , cum incideritis in varias tribulationes . Diuidetur , inquit , & transibunt portam , & egredientur per eam , unica est via , unica est porta salutis , ipsamet passio Christi , nisi per hanc portam nulli in ecclesiam ingredi licet , sic psalm . 117 . haec est porta Domini , iusti intrabunt per eam . Sic Christus dicebat Joan . c . 10 . Ego sum ostium , si quis introierit per me , ingredietur & egredietur , & passu inueniet , & transibit rex eorum coram eis , ipse prius patientiae eis praebedit exemplum , ipse prius onera suffereret , tentatus per omnia absque peccato , ipse dux erit & ante signanus , sic Paulus dicebat ad Hebreos cap . 12 . scribens : Recogitate eum , qui talem a peccatoribus passus est contradictionem , vt non affligamini animabus vestris : Non dum enim usque ad sanguinem restititis fratres , & Dominus in capite eorum , ipse longè duriora patietur , longè acerbiora subbit tormenta . Vel ipse erit in capite eorum , id est , semper prestat aderit , semper operem feret , ut leuia atque facilia omnia aduersa suis esse videantur , faciet ut non attendant ad ea quæ videntur , sed ad ea quæ non videntur . Diuus vero Hieronymus , cum in commentarijs septuaginta

Ad Heb . 4 . Cap . 12 .
intrabunt per eam . Sic Christus dicebat Joan . c . 10 . Ego sum ostium , si quis introierit per me , ingredietur & egredietur , & passu inueniet , & transibit rex eorum coram eis , ipse prius patientiae eis praebedit exemplum , ipse prius onera suffereret , tentatus per omnia absque peccato , ipse dux erit & ante signanus , sic Paulus dicebat ad Hebreos cap . 12 . scribens : Recogitate eum , qui talem a peccatoribus passus est contradictionem , vt non affligamini animabus vestris : Non dum enim usque ad sanguinem restititis fratres , & Dominus in capite eorum , ipse longè duriora patietur , longè acerbiora subbit tormenta . Vel ipse erit in capite eorum , id est , semper prestat aderit , semper operem feret , ut leuia atque facilia omnia aduersa suis esse videantur , faciet ut non attendant ad ea quæ videntur , sed ad ea quæ non videntur . Diuus vero Hieronymus , cum in commentarijs septuaginta interpretum

Interpretum trāslationem interpretetur ad alium sensum, hēc de torquet verba qui mea sententia, non multum conuenire videtur pace sit dictū tam illustris doctoris.

IN MICHEAE CAP. III.

*Et dixi, Audite Principes Iacobus
duces domus Irael.*

Ndē digressus fuerat, more propheticō, reuertitur. Dixerat autē : Econtrario populus meus in aduersariū consurrexit, & de supertunicam pallium sustulisti, &c. Id vi-
tio principum & gubernatorum fieri, modo acriter taxat, qui nequaquam impedierint potentes, & diuites, ne pauperes & iustos in quis vexationibus opprimerēt, & ita in principio Principes, & Duces ad audiendū & attendū concitat, & sub eleganti metaphora, diuitū & potētum crudelitātē erga miseros, & afflictos pauperes explicat. Audit igitur vos quib⁹ id ex officio incubit, nō solum nō aliena rapere, verū ne alij iniurijs co- ciues afficiāt suos, aut imbecilliores pollici-

Nunquid

Nunquid non vestrum est scire iudicium?

AT quia Lxx verterunt: Non vestrum est scire iudicium. Hier. explicat. Nō meremini scire iudiciū. Aut quomodo potestis scire iudicium Dei, qui odistis bonum & queritis malū. Qui detestamini sanctos pauperes, & honoratis diuites peccatores. Verum cum dictio Hebræa № 7 Halo, interrogantis sit, rectè quidem noster: Nunquid non vestrum est scire iudicium? Certè ad vos pertinet, vobis incumbebat nosse iudiciū, vobis hoc commissum munus erat, pauperem à diuite oppressum, ab iniuria vindicare. Verū vt rectius, quid istis verbis caperet propheta intelligamus, quid nomine iudicij intellex erit aduertamus. Nam cum nomen hoc varias in scripturis significaciones videatur habere, inter alias plures quas libens omitto (quæ nostro negotio nō multum conducūt) iudicium, vt annotatum legimus ab Euthimio in psal. 17. in scripturis, Dei sententiam demonstrat, ac docet quæ bona is cōsequuturus sit, qui leges Dei obseruauerit, & quas poenas sit subiturus, qui legi

M Dei

Deinon fuerit subiectus. Sic Exod. 24. dici-
tur: Ostendit eis omnia verba Domini, atq;
iudicia. Sumitur etiam frequenter, pro eo
quod apud Latinos dicitur officium, & sic
Leuit. 24. & 25. & alibi frequenter præcipitur
sacerdotibus, vt iudicij curā habeāt: & accu-
santur quod nō fecerint iudiciū. i. nō probē
administrarint suū munus. Sic Esaię 1. Quen-
te iudiciū qui iudicatis terrā. i. exercete ve-
strū munus, & nō nisi discussa causa (quod de-
stri officij est) sentētiā fertē. Sic c. 5. Spectabā
iudiciū, & ecce clamor. i. qđ vinea prēstare
id quod ex parte sua prēstādū erat. Sic apud
Michæā c. 6. Vis, ô homo, indicem tibi, quid
est quod vult Dñs Deus tuus à te? facere iu-
dicium. i. vt in officio semper sis: sic ergo in
vtraque acceptione, locus hic explicari po-
test. Certè vestrum erat nosle iudicium. f. in-
telligere nequaquā trāsgressores legis im-
pune abituros, & sic non deberetis permit-
tere pauperes & innocētes tā inique ac dun-
ter à potentibus & diuitibus vexari: vel ve-
strū erat, omnes in officio cōtinere, & ita nō
satis vobis esse debebat aliena nō rapere, ne
que ab iniurijs abstincere, si cū pauperes vi-
debatis à potētibus opprimi, & spoliari, no-

presto

presto eratis vt subueniretis. hoc vobis iniū
ctū erat munus, in officio esse deberetis, cū
legis Dei cognitio ad vos pertineat, in qua
quid bonū sit, quidq; contrā malū, quid iu-
stū, quidq; iniquū ostēditur, adeo puerſo e-
ſtis ingenio, vt nihil min⁹ vobis curē sit, quā
iudiciū obſeruare: odio habetis bonū, & ma-
lū diligitis, quo nihil peruersius esse potest.

*Qui violenter tollitis pelles eorum de-
super eis, & carnē eorum de super offi-
bus eorū, qui comed erunt carnem po-
puli mei & pellem de super excoriaue-
runt, & ossa eorum confregerunt &
concederunt sicut in lebete & quasi car-
nem in medio olla.*

Dixerat in cap. superiori, De super tuni-
cam pallium iustulisti. Nam cum fie-
ri hæc permitteretis, vos ipsi fecistis. Modò
hisce verbis facinus ipsorū exaggerat, sum-
pta metaphora vel à lupis, vel à leonibus,
qui vt capta fruātur prēda, pellē detrahūt vt
carnes comedāt. tū & alia sumpta à coquis, si
ue pistorib⁹ qui ossa ipsa frustillatim cōfrin-
gunt,

gūt, vt in olla siue in lebete cōstituātur. Quibus verbis ostendit quanta erga pauperes vterentur crudelitate, qui omnes eorum opes raperent, & illa omnia vnde ali deberent. Et ossa eorum confringunt, nihil sani apud illos relinquunt, iniquè tractant, aude omnia quæ eorum sunt rapiunt.

Tunc clamabunt ad Dominū & non exaudiet eos, & abscondet faciem suā ab eis in tempore illo, sicut nequiter egerunt in adiunctionibus suis.

Tunc inquam, cum venerit illud malum quod Dominus cogitat contra illos, cū irruerit illa calamitas, quam eis ego annunciaui: Clamabunt ad Dominum & nō exaudiet, tunc quando cāsi fuerint ab hostibus & in vrbibus veluti oves congregati, clamabunt, & non miserebitur illorū, & quia ipsi à pauperibus auerterunt facies suas, cū supplices deprecarentur illos: sic & Deus auerteret faciem suam ab eis, quia nequiter egerunt in adiunctionibus suis. Sic Deut. 21. dicebat: Ego autem abscondam, & celabo faciē meā ab illo, propter omnia mala quæ fecit, quia sequutus

sequutus est Deos alienos: quia ergo in hoc suum collocabant studiū, ocium, & operam consumebant, vt modos spoliandi pauperes excogitarent. Sic pari mēfura remetietur eis. Iudicium erit eis sine misericordia, quia non fecerunt misericordiam: quia cum ex animi sententia omnia illis succederent, iusti & æqui nullam habuere rationem: Nec ad Deū illa omnia referebant, sed pauperum, & Dei prorsus obliiti erant. Sic econtra cum aduerafa venire inceperint, nec tunc quidem, licet clament, eos exaudiet Deus. Sic Esa. 2. secundum Lxx translationē, cum multa enumeraſ fetſcelera, Dicit Dominus: Non dimittā eis. Sic proverb. 1. quia vocauī, & renuistis, extendi manus meas; & non fuit qui aspiceret, despexitis omne consilium meum, & incipationes meas neglexistis, ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cūm vobis quod timebatis euenerit, cūm irruerit tempeſtina calamitas, & interitus quasi tempeſtas ingruerit, quando venerit super vos tribulatio, & angustia, tunc inuocabitis me, & non exaudiam: manē consurgent, & non inuenient me: & reddit causam, quia exosam habuerunt disciplinam, & timorem Domini

Iacob. 2.

ni non suscepint, nec acquieuerint confilio meo, & detraxerint vniuersæ correctiōni meæ. Sic prouerb. 21. qui obturat aurē suā ad clamorē pauperis, ipse clamabit, & nō exaudietur, nā qui in rebus prosperis Deum contempserint, cū aduersa succedunt, iusto Dei iudicio nō exaudiūtur. Sic Ierem. 7. præcipitur: Tu noli orare pro populo hoc, quia nō exaudiā te. & 14. Ne oraueris pro populo isto ad bonum, cum ieunauerint non exaudiam præces eorum, & si obtulerint holocausta, & victimas, nō suscipiam ea, quoniā gladio, fame, & peste, consumā eos. Esaias. 1. Cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis, & cum multipliqueaueritis orationes, non exaudiam. Sic de Antiocho dicitur 2. Machabæo. 9. Orabat se festus Deuni, à quo non erat misericordiam consequuturus. Sic Esau non inuenit locum pœnitentiæ, etiam si cum lachrymis inquisisset eam. Sic Esai. 57. dicebāt illi: Ieunauimus, & non aspexisti, affliximus animas nostras, & non considerasti, & hoc ideo quia iniquegerunt in adiumentibus suis. Quibus dīctis maximè admonemur, vt interim dū in hac carne mortali vitam agimus, queramus Deum

Ezecl. 55.
Deū dū inueniri potest, pulsemusdū propè est, ne nostri obliuiscatur, vt exaudiāt nos in dietribulationis. Attamē huiusmodi locavidentur, si prima facie cōsiderētur, fermè toti aduersari scripturæ, in qua nihil frequētius, nihil diligētius admonemur quā Deū adeò misericordē, adeò benignū, & nostrū adeò amantisimū, vt nunquam nostri obliuiscatur, illū vel vna lacrymula flecti, & furorem in lenitatē conuertere solere. Sic per Ezech. 18. & 33. in quacūq; hora peccator ingemuerit, amplius, inquit, nō recordabor. Esai. 49: Nō est aggrauata auris eius, vt nō exaudiāt. Apud Ioclem: Præstabilis es super malitiam hominum. Et denique tota scriptura hoc prædicat, hoc clamat, sic Petro semper cōdonandum errantibus afferuit, at vero nequaquam contrariātur vlo modo, aut quid diuersum sonant. Nam cum negat se exaudiaturum clamantes, cum dicit se auersurum faciem ab eis, ne pœnam temporalem remittatiure ipsis debitam, intelligendus est nequaquam flecti posse, vt auertat captiuitatem, in qua eos abire decreuit firmiter, quod adeo manifestè in locis apud Iere. citatis cōstare videtur, vt nō indigeam⁹ alterius

Cap. 2.

Math. 18.

probatione, ad hoc firmandum: vel qui in angustia constituti, ex necessitate potius, & non pura intentione ad Deum clamant. Sicut de Antiocho constat, quem ipsa scriptura scelerum nominat. Et sic Esaias cap. II. Si queritis querite. & Hiere. 4. Si reuerteris Israel ad me conuertere, vel qui avolentes manere suis in sceleribus, & peccatis, manus eleuant, preces offerunt, & tales Deus non suscipit: aut tunc non exaudit. s. in die iudicij, quando non erit poenitentia locus, quando licet multi dicant: In nomine tuo prophetavimus, multa signa fecimus, audient: Amen dico vobis, nescio vos Matth. 7. Lucæ. 13. Verum ceteræ scripturæ hoc clamant, ad remittendam culpam ad noxam condonandam, semper paratū Deū esse, semper patulas habere aures. Quicūq; sicut publicanus, humili corde orauerit, semper exaudietur. quicūque sicut latro clamauerit, cōsequetur quod petit. Nullatā grauia scelera nostra esse posunt, quę diuinā exhaustire misericordiā valeat, aut aures ei⁹ occludere. Ille de diuina de speret misericordia qui tātū potest peccare, quātū De⁹ misereri, vt verbis Aug. vtar: Semper dū viuimus est penitentia locus: semper ad ostium

Luce. 18.

Luce. 23.

M I C H E A E C A P . III .

adostium stat, & pulsat, vt si quis aperuerit, ingrediatur & cū illo cenet. At semper illa Ierem. verba in auribus nostris essent inculcāda cap. 6. Erudire Hierusalem, ne forte recedat anima mea à te. Semper nobistimum est, & in timore & tremore nostra salus operanda.

Hac dicit Dominus super prophetas, qui seducunt populum meum, qui mor dent dentibus suis, & prædicat pacem. Et si quis non dederit in ore eorum quid piam, sanctificant super eum premium.

C Vm mala principum enarrasset, & explicuisset, qua in re ab illis peccaretur, quod pauperum & debilium nullam curam haberent, neque eos liberarēt ab iniurijs & calumnijs potētum, modò inuechitur in eos qui ventris gratia prophetabant. & denique in ecclesiasticos & sacerdotes, & more scripturarum, mendaces & falsos viros prophetas appellat. Sed addit, vt intelligamus, de quibus loquatur, qui seducunt populum meū. Nā fuisse semper in illo populo multos

& diximus iam, & frequenter legimus in sanctis scripturis. Et hoc noster Micheas indi-
cavit, cum dixit cap. superiori: Si ego essem propheta, qui questus gratia vaticinarer, tunc ego dicerem, quæ placerent huic populo, & sic essem illis propheta. Cōtra illos ergo qui prædicabant pacem, & omnia prospera atq; fœlicia promittebāt, sermonem sumit. Quia hoc dicendo populū illum seducebant, atq; vtinam nostra ætate nō experiremur quam multos prophetas his similes: qui pacē, qui regna cœlestia, quantuncunq; sceleratis pro-
mittunt, qui prædicant non esse necesse, vt cōtinenter viuamus, vt sancte & purē vitā agamus, dicentes: Habete fidem, quam do-
cemus, & omnia promissa Dñi consequen-
ti. Hi sunt qui grauiter seducunt populū, & prōhdolor, quam multos hisce verbis vide-
mus seductos, qui mordēt dentibus suis, &
prædicant pacem, qui simulantes amicitiam maxime lədunt ac nocent, dentes eorum ar-
ma & sagittæ & lingua eorū gladius acutus psal. 56. qui prospera omnia atq; fœlicia an-
nunciant, & si quis nō dederit in ore eorum quidpiā, sanctificant super eum præliū. i. qui nō dederit, id quod ipsi petunt, eo modo.

cut ipsi

cut ipsi dixerunt, vt nihil desit, nisi, sicut His-
panè dicimus (que su boc a ea medida) caueāt sibi,
nā pro hostibus sunt illos habituri. Quibus
verbis maxime eorū insolens imperium, &
avaritia insinuatur, qui talis sunt ingenij, vt
nisi veluti canibus, aliquo dono obstruatur
os, non desinunt mordere & latrare. Tales
sunt qui nequaquā licere cōcionantur duo
sacerdotia habere, aut res Indicas occupare,
verū si illis duo, aut tria pinguis sacerdotia
cōtingat repēte silent. Si bonus episcopatus
in India cōcedatur, tacēt: alias, inquit, sancti
ficat præliū. Dicūt sancte & iustē alios pseque-
tionē pati. Dicūt iustū esse illos ē suis detur
bari sedibus, obsequiū præstare Deo esse, in
illos inuehi: aut quia verbū sanctificandi se-
pius præparare significat in scripture, qā quę
sanctificantur præparātur priūs. & sic Iere. 6.
habetur: Sanctificate super eā bellū. Inde sic
etiam explicari potest hic locus: Nisi aliquo
dono os eorū obstruatur, aut si quis ausus fu-
riteis negare, quod ad libitū postulare pla-
cuit, inimici ista texūt cōtra illos, & præparāt
se ad præliū, & oppugnat illos. Quia Christus
cū venit, nō iuxta volūtatiē sacerdotū & prin-
cipū prædicabat: inde factū est, qđ sanctifica-
runt,

rūt, contra eū prēliū, & eum persequuti sunt
atque caninis dentibus mordebat. Est igi-
tur sermo hic contra illos prophetas, qui so-
lum prospera & fœlicia his qui dona conce-
debant, annuntiabant. Cæteris autem iram
Dei, & mala ventura vaticinabantur. Vt vel
timore ab illis extorquerent dona.

*Propterea nox vobis pro visione erit,
et tenebrae vobis pro diuinatione, et oc-
cumbet sol super prophetas, et obtene-
brabitur super eos dies: et confunden-
tur qui vident visiones: et confunden-
tur diuini, et operient vultus suos om-
nes quia non est responsum Dei.*

Q Via ergo hoc faciunt, quod diximus.
Hæc dicit Dñs: Tali eos afficiet poena,
hoc de eis sumetur supplicium, nox erit vo-
bis pro visione. i. omnia quæ vobis antea fœ-
licia esse videbantur, è contrario euenient,
pro visione erit obscuritas & nox, pro di-
uinatione tenebræ, atque caligo. Vestravos
fallet scientia, quam de sideribus habetis, nā
pro istis omnibus, infelicia vobis succedit.

vt cum

vt cum dicit: Et occumbet sol super prophe-
tas, & obtenebrabitur super eos dies, inueha-
tur in Astrologos iudiciarios, qui arrogāter
ex astris, omnia vētura se noscere iactat, qui
Leuit. 20. & Deut. 18. & Esai. 44. & Ierem. 10.
& ad Rom. 9. damnātur, & sèpius aliás à san-
ctis doctoribus vt vani & mèdaces exagitā-
tur. Et cum videant secus omnia contigisse,
quæ ipsi diuinarat, & quæ dixerat se videre
nequaquam euenisce, confundentur. Et ope-
rient prè pudore & confusione vultus suos:
quia quæ annuntiabant, non ex Deo accep-
rant, non quæ à Deo fuerant responsa redde-
bant, sed quæ illis placebāt, non enim Deus
illis ista reuelabat. Et sic de istis Esai. 9. dici-
tur, Erunt qui beatificant populum istum se-
ducentes, & qui beatificātur præcipitati. Po-
pule meus qui te beatum dicunt, ipsi té sedu-
cunt Esai. 3. tales sunt qui diuitibus adulan-
tur, & ex auaritia aut ambitione Principibus
vel potentibus, nil nisi quod ipsis placet,
annunciant.

*Ego autem repletus sum fortitudine
spiritus Domini, iudicio et virtute,
ut annunciem Iacob scelus suum et*

Israel

Israel peccatum suum.

Illi quidem nequaquam instinctum patiuntur spiritus sancti, nec responsa Dei reddunt, sed quae ipsi ariolantur, ac pro beneplacito suo diuinat, in mediū proponunt, verutamen ego repletus sum fortitudine spiritus Domini, & quantuncunq; conemini mihi silentium imponere, ea est in me fortitudo ex spiritu Domini qui in me est proueniens, ut nequaquam tacendum mihi sit, sed obedire me oporteat potius Deo quam hominibus, eo sum praeditus iudicio ad discernendum, ea virtute ad annunciatum scelera Israel & Iacob, vt nihil me impedit possit à meo munere, quod est annunciare scelera, & peccata arguere audientium. Iuxta illud Esaiæ 58. Clama, ne cesses, & annuncia populo meo scelera eorum, Mihi à spiritu Domini concessa est peccitia discernendi peccata à nō peccatis, quod etiam gloriabatur se habere Ieremias c. i. dicens: Misit Dominus manum suam, & tetigit os meum, & dixit: Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce constitui te super gentes, & regna. Sic Christus suis promittebat Lucæ 21. Ego dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt

poterunt resistere, nec contradicere aduersarij vestri. Tali ergo, inquit noster, præditus sum virtute, ut nullo timore deterreri possum à veritate annuncianta. Utinam modo multi essent huiusmodi concionatores, qui peccata nostra, & scelera annuntiarent, sine villo timore.

Audite ergo hac Principes Jacob & iudices domus Israel qui abominantur iudicium, & omnia recta pervertitis, qui ædificatis Sion in sanguinibus, & Hierusalem in iniustitate.

MOdò invniuersum ad omnes loquuntur, cù anteà seorsum singulis esset loquutus. Audite hæc quæ statim sum dicturus ventura propter scelera vestra, quibus inique agitis. Vos ergo Principes Iacob, & iudices domus Israel, ad quos mihi sermo est, audite: Vos inquam de quibus dixi, omnia pervertisse, & odio habere bonum, & diligere malum, qui ædificatis Sion in sanguinibus, qui illustres ædificatis domos in ciuitate Hierosolymitanæ, ex his opibus, quibus ali pauperes deberent

Ecclesiastes. 34.

deberent, quæ erant veluti sanguis, & alimētum pauperū, velex bonis iniquè partis, vel ex donis quibus capti, dānatis innocentem, & reum absolvitis, ædes construitis magnificas, Audite vos qui imponitis pœnas indebitas, ad moenia vrbis reparāda, & instauranda quæ in vrbē sunt collapsa, ne videamini ex auaritia iudicare, & hoc est abominari iudicium, & omnia recta peruertere, Euseb. verò Cæsar. ad aliū sensum etiā hæc verba interpretatur, nā rationē reddi à prophetā hic asserit tantę calamitatis & miserie illius gentis, qui abominamini, inquit, iudicium, & omnia recta peruerritis, qui edificatis Sion in sanguinibus, in quibus sanguinibus, ille fuit qui illis extremorum malorum initium, caufamq; præbuit, propter quæ impianillam vocem contra seipso emiserunt dicentes: Sanguis eius super nos, & superfiliōs nostros, & propterea statim subdit, Sion quasi ager arbitur.

Principes eius in muneribus iudicabant.

Solent respondere pro volūtate interrogantū, pretio accepto, cùm interrogentur de his, quæ ad religionem pertinent. Incipit

cipit propheta ostendere, quanta esset spiritus fortitudine præditus, ad singula singulorum statuum scelera detegenda. In principiis, quod pro muneribus iudicarent, sic per Esaiam cap. 1. de eodem vitio arguitur, Principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributions. Et inde efficitur quod pupillo non iudicet, & causa viduæ non ingrediatur ad eos.

Et sacerdotes ei⁹ in mercede docebant.

Tanta est etiam sacerdotum auaritia, quanta Principum, neque meliores erant. Sacerdotes Principibus, legem quā gratis docere debebant, non nisi mercede redditā docebant.

Et prophetæ in pecunia diuinabant.

Omnia ex auaritia corrupta erāt, quod per Esaiam 56. etiam videmus reprehensum. Omnes in viam suā declinauerunt, unusquisq; ad auaritiam suā, à summo usq; ad nouissimum. Ierem. 6. à minore usque ad maiorem omnes auaritiæ student, & à prophetā usque ad sacerdotem cuncti faciunt dolū, quod & cap. 8. iisdem verbis repetit:

N Cum

Cum ergo hi omnes, quod gratis acceperunt gratis dare tenerentur, illi Dei responsum accepta pecunia proferentes, gratiam Domini auari mercede vedeant. Illud hic anno, tandem quod dicit Hieron. huiusmodi prophetas prophetiam propter auaritiam convertisse in diuinationem, que semper malisonat in scripturis. Sic Numer. 23. & Deut. 18. Non erit augurium in Iacob, nec diuinatio in Israel. Solet autem à nostris in dubium verti occasione horum verborum, An sacerdotibus & concionatoribus liceat pro mercede docere, & an doctoribus scientias vedere, & præcipue magistris theologis. De qua questione quia satis disputatum est ab eximio magistro nostro Dñico de Soto lib. 9. de iustitia & iure q. 5. ar. 1. hic dicere supersedebim. Sed maius dubium est, An concionatoribus pro doctrina quam ex suggestu docet, liceat recipere pretium, hoc enim esse videtur quod noster propheta taxat. De qua re idem magister noster disputat in eodem lib. 9. quest. 6. ar. 2. licet adnotandum duxerimus nescienses qua ratione dixerit in solutione ad. 1. D. Hieronymum hic assertuisse, solitos esse prius spontanea munera offerre, nam licet de

M I C H E A E C A P . III . 98
musid verum fuisse: illud tñ non afferitur à Hieron. cuius verba præclaracum sint, merito in hac parte sunt addenda. Vereor, inquit, ne ea calamitas in qua modò versatur ecclesia Christiana, in dñe ortum habuerit, & habeat, quod tam venale, Proh dolor, ubiq; est verbum Dñi: & multorum sacerdotū auaritia, & abusus, tanto malo causam præstiterit. Hec ille. Quid, precor, diceret, si nostrorū temporum auaritiam respexisset? silētio prætereo, præ dolore nesciens loqui. Utinam tales nobis donet Deus prophetas, qui sine pretio & sine sumptu ponant euangelium.

i. Corin. 9.

Et super Dominum requiescebant discētes: Nunquid non Dñs in medio nostrum? non venient super nos mala?

V T autem suis dictis fidem conciliarēt, à Deo se illa habere afferebāt, diuinis testimonijs sua dicta fulciebāt, que morē & nnuc esse hæreticis videmus, qui cū prorsus ab omni veritate aliena doceant, verbo Dei se inniti afferuerant & nō nisi que in scriptura reperiuntur afferre blaterant: vel de diuina bonitate & misericordia præsumebant,

N 2 & nequa-

& nequaquam super illos mala illa ventura
quæ prophetæ præcinebant: cum satis sibi
esse arbitrarentur, etiam quibuscunq; scle-
ribus contaminatis, templum habere, sacri-
ficia, legem, & sacramenta, sic Paul. ad Rom.
2. Situ Iudæus cognominaris & requiescis
in lege. i. omnia tibi fœlicia atque prospera
promittis quia legē habes, hoc tibi satis esse
putans, cùm tamen decipiari sis: vt si quis mo-
dò satis esse putaret, & in hoc acquiesce-
ret, quod Christi fidem haberet, & sacra-
mentis initiatus esset, etiam si contaminatè
viueret: sic hac ratione dicebant, Dominus
est in medio nostri. quam fiduciam vanam,
ac huiusmodi verba fallacia, in illis clarissimis
Ierem. reprehendit c. 7. dicens: Nolite con-
fidere in verbis mendacijs quæ non prode-
runt vobis, dicentes: Templū Domini, tem-
plum Domini, templū Domini. At hoc qui-
dem proderit, si quæ sequuntur in Ierem. fe-
cerimus. Si benedixeritis vias vestras, & stu-
diavestra, & si feceritis iudicium inter virum
& proximum eius, & cetera quæ sequuntur,
habitabo vobiscum in loco isto, & non ve-
nient super vos mala.

Propter

Propter hoc causa vestri Sion, quasi
ager arbitur, & Hierusalem quasi
aceruus lapidum erit, & mons templi
mexcelsa fluarum.

C Aldæus: Propter peccata vestra hæc eue-
nient. Tanta, hæc vrbs tantu à Deo di-
lecta, mala patietur, templum suum destruct,
& tota desolabitur vrbs, solūm erit aceruus
lapidum, quod & Esaias prædixerat. c. i. De-
relinquetur filia Sion, quasi vmbraculum in
vinea, & quasi tugurium in cucumerario, &
quasi ciuitas quæ vastatur. Euseb. autem lib.
8. demonstratio. 3. Hæc, inquit, nullo vnquam
ali tempore quam post illa quæ contra sal-
uatorem nostrum ausi sunt, verum exitum
aceperere, ex illo enim adhunc usque diem
locis illis extrema solitudine occupatis.
Mons Sion qui apud illos antea celebri-
mus erat, antiquè illius meditationis ac exer-
citationis, quæ in illo vigebat propheticoru
diuinorumq; oraculoru, quæ antea viri He-
brei Deiq; familiares prophetæ, sacerdo-
teiq; & magistri totius gentis in eodem ma-
gno cum studio reddebant per viros Roma-

COMMENTARIA IN

nos in nulla re à reliqua regione differēs, suntur, colitur, & vt nos quoque ipsi inspexerimus boūm opera, locū & arari & seminarī. Ipsa vero Hierusalē tanquā pomorū custodia corrupto vetere qui in ipso erat fructu effecta est, ab externis hominibus habitata, tam de priuatis quam de publicis edificijs, & ex ipso templo & ex ipsis quōdam aditis & ex his quæ sancta vocabantur, lapides colliguntur. Ecce quanta fortitudine esset prædictus noster propheta, qui rē adeò auditu grauem, & oram Regē & plebis multitudine auffus fuerit afferere, vt annotatum legimus à Ierem. cap. 26. & tamen cum adeò dura, atq; lugubria afferuisset, ea fuit Regis atque totius plebis religio, atque in prophetam reuerentia, vt ab eis non fuerit occisus.

IN MICHEAE CAP. IIII.

Et erit in nouissimo dierū mons domus Domini preparatus in vertice montium & sublimis super colles.

Cum adeò



MICHEAE CAP. IIII.

100

Vnde adeò grauia atq; dura nimis, illis propter sua scelerā vētura cōminatus fuisset, morem propheta rum seruās, vt solatiū præberet, & in spē erigeret, fœlicitatis regni Messiae mentionem ingerit, & ea prædicit, quæ eo tēporerant futura. Illud tamen notandum duximus, quod cū Micheas & Esaias eodem tempore prophetauerint, eadē prorsus paucis verbis variatis suis prædicarunt: cū enim esset restanti momenti (plurimū nāq; referre arbitrādū est, quę ab spiritu sancto in scripturis cōgeminātur, & quę sub eisdē verbis iisdē hominibus repetūtur) Sic Dñs per prophetas iterū atq; iterū repetiuit. Esai. c. 2. eadem quę hic Micheas vaticinatur: & non solum Christiani patres in hoc loco cōueniūt, verum & ipsi Iudæi nobiscum in hac parte consentiunt, de Messia esse quæ hic prædicens intelligenda. Sed miseri & cæci ex isto loco colligunt aliqua argumenta, quibus perfidi homines in sua perfistā perfidia atq; cōtedūt Christū redēptore nostrū, quę nos Christiani fatemur verū fuisse Messiam, in scripturis sanctis toties pmissū, nō fuisse Messiam, sed adhuc oportere nos alium expectare cum illis

N 4

COMMENTARIA IN
cum illis Messiam. Nam duo isti prophetæ,
Esaias, & Micheas, tempus aduentus Messie
assignantes, illum venturum affirmarunt in
nouissimis diebus. Verum cum ab aduentu
Messiae nostri tot iam fluxerint anni, non
(inquiunt) fuit verus Messias, qui tempus à
prophetis prædictum tantum præuenit.
At quām misere errant, & quām leui ar-
gumento nitantur, facile esset illis videre, ni
si velamen positum haberet ante oculos, vt
dicit Paulus. & nisi liber sacer illis eslet si-
gnatus, vt prædixit Esaias c. 28. Quid nouis-
simi dies in scriptura appellantur, non nisi
ex ipsa scriptura petamus. Sic & tempus ad-
uentus Messiae constabit, si ostenderimus
quos nouissimos dies prophetæ appellant.
Petrus Galatinus lib. 5. de archanis scriptu-
ræ sacræ cap. 2. huic obiectioni satisfaciens,
dicit, quod finis dierum dicitur hic, tempus
illud quod à tempore Cyri Persarum regis
vsq; ad tēpli secūdi excidium fuit, quod ip-
se probat ex Ieremiæ verbis cap. 49. Et erit
in fine dierum, reducam captiuitatem Elam,
dicit Deus. Elam Persidis regio erat, vbi Cy-
rus qui Iudeis redeundi licentiam conces-
sit, habitabat. Sunt alij, qui nouissimos dies
dicant,

MICHEAE CAP. IIII. 101
dicant scripturam appellare, finem regni. sa-
cerdotijq; Iudaici, & in illis diebus Mes-
siam venturum. Nam cum totiesper prophè-
tas vaticinatum sit, eum esse futurum lumen
ad reuelationem gētium, Eum futurum esse
doctorem, & quem deberemus audire, Si in
fine mūdi venisset, nō adeòtilis fuisset eius
aduentus, sed sine dubio hoc esse afferendū
arbitror, scripturā veteris testamenti nouis-
simos dies appellasse tempus illud in quo
Messias erat venturus. Erant illi dies nouis-
simi in quibus tradēda erat lex, qua tradita,
non eratalia expectāda, nec calius status Rei-
publicæ inferioris. & sic Ioan. in Cano. i. c.
2. dicebat: Filioli nouissima hora est. & Paul.
ad Hebr. 9. Nos sumus in quos fines seculo-
rum deuenere. & ad Galat. 4. illud tēpus, té-
poris plenitudinē appellat: Dicēs cùm venit
plenitudo téporis, misit Deus filiū suū. Et ad
Ephe. 1. mysteriū illud reuelatū esse in dispē-
satione plenitudinis téporis. In qua senten-
tia Adrianus Finus lib. 7. flagelli contra Iu-
dæos cap. 5. & Julianus Pomerus Archiepi-
scopus Toletanus, ex Iudæo cōuersus ad fi-
dem lib. 1. ex tribus quos aduersus Iudæos
scripsit, consentiunt. Et Juliani verba ob eius

authoritatem & antiquitatem libuit in medium adducere: ut si cui forsan non fuerit libri copia, legendi facultas concedatur. Hæc sunt verba: Dicamus de diebus nouissimis, in quibus occursurus prædictus est aduentus Dñi saluatoris. Ecce duobus his prophetis Michea & Esaia, pacifica nativitatis Christi relictæ sunt tempora. Sed vterq; dixit in nouissimis diebus esse futura. Cur, inquam, ea ipsa signa temporis primi aduentus Christi, in diebus nouissimis futura esse portendunt, nec tamen in annis à principio mundi computatis, tantæ rei sacramentum aperire moliti sunt, nisi vt ego pro tenuitate sensus mei existimo, melius illis visum fuisse, dies ipso nouissimos, in defectu Israelitici regni debe re intelligi, quando Dux & Princeps de stirpe Iuda defecit, quam in annorum opinions cōstitui. Si enim dixissent (V.g.) à principio mundi, vsque ad aduentum Christi erunt tot anni, non satis videretur ibi aliquid nouissimum arbitrari, cum adhuc plures restarent anni, videlicet vsque in finem mundi. At vero quia dixerunt, ea ipsa quæ de Christo prædixerunt, in diebus nouissimis esse complenda, nouissimos dies illos credo intellexerūt qui

qui in illo regno deficientibus Principibus de stirpe Iuda nouissimi approbati sunt: quædoin illo populo primus Herodes alienigena successit in regnum, cuius tempore Christus in Iudæa natus agnoscitur: Hæc ille. Atque quod hoc ita sit, ne solum nostrorum auctoritati fidere videamur, manifestè colliguntur ex illo loco Gene. 49. cùm Jacob patriarcha suos alloqueretur filios, Congregamini filii mei dicebat, vt annūciem vobis quæ vētura sunt in nouissimis diebus. Et interalia sic ita: Non auferetur sceptrum de Iuda, nec Dux de semore eius, donec veniat qui mittendus est. Quem locum & ipsi Iudei cum Paraphraste Chaldeo de Messia intelligunt, & nos in prælectionibus illius loci satis prolixè docimus. Ecce nouissimos dies Jacob appellavit, tēpus illud in quo Messias erat venturus. Est & alius locus Danie. 2. Est, inquit, Deus in celo, reuelās mysteria, qui reuelauit tibi quæ vētura sunt in nouissimis tēporibus, & tamen multa ibi cōmemorat, quæ in regno Christi, & eius aduentu fuere adimpta. Nouissimos ergo dies appellat, vt diximus, tēpus in quo Christus aduenit. Est tertius locus qui hoc apercere cōuincit, apud Iocelē cap. 2. vbi dicitur in no-

in nouissimis diebus effundā de spiritu meo
super omnē carnē, quā prophetiā fuisse illis
diebus adimpletā, præclarè docuit optimus
scripturarum interpres Petrus Actorum. c.
de visione visibili spiritus sancti, quæ super
illos videntibus ipsis Iudæis facta est, atque
hoc etiam probatur, ex eo quod annotatum
legimus à Petro Galatino loco allegato,
quod in hisce prophetijs, Esaiæ & Micheæ,
præponitur huic dictiōni יְמִימִים iamim, he, cū
dicitur יְמִימִים haiamim, quæ litera apud He
bræos, appellatur hehajedia. i. hæ notitiæ, eò
quod notificet dictiōnem cui præponit,
non de re ignota, sed de nota dici, quasi dice
remus, in fine illorum dierum. Quod opti
mè ostenditur ex illo Deut. 31. vbi Moses di
cebat: Noui quod post mortem meam ini
què agetis, & declinabitis citò de via quam
præcepi vobis, & occurrit vobis mala in
extremo tempore. Vbi habetur Hebraicè
בָּאַחֲרֵי הַיּוֹם beacharit hajamim. i. in fine
illorum dierum, quādo feceritis mala in cō
spectu Ieoua, vt irritetis eū in opere manū
vestrarum, quod malum tunc eis aduenit cū
in fine dierum suorū, reprobato Messia Dei
filio, fuerunt in captiuitatem redacti à Tito

& pōst

& pōst ab Adriano: nihil sane ex isto loco
colligere possunt aduersarij, cum potius ex
co fidem firmemus nostram, cùm Christum
nostrum Messiam in nouissimo dierum ve
nisse videamus, & hoc à duobus cōcorditer
dici prophetis. Non equidē diffitemur scri
pturam sacram, nouissimos dies etiā appellare
solitam, illos secūdi aduētus Christi po
stremos dies, quando in fine mundi in ma
iestate veniet, vt omnibus pro meritis & di
gnitate retribuat. Sic Iob. 19. legimus: Credo
quod Redemptor meus viuit, & in nouissimo
die de terra resurrecturus sum. & I. Petri
iudicatur: Nos regeneratos in spem viuam, in
hæreditatem incorruptibilem, & in conta
minatam, paratam reuelari in tempore noui
ssimo. Ioan. 6. & resuscitabo eum in nouissimo
die. & Ioa. II. Martha dicebat, scio quia
resurgent in resurrectione, in nouissimo die.
Et licet scriptores sacri, per nouissimos dies
& nouissima tempora, voluerint etiā intel
ligere tempus hoc postremum à nativitate
Christi usque ad diem iudicij, post quod nō
est futurum aliud tempus, alia lex, aliud sa
cerdotium, sicut in locis iam superius cita
tis cōstare videtur: Tñ præcipue per noui
ssimos dies

simos dies intelligi denotarunt illos dia-
quibus ipsi in carne mortali agebant. Quod
mea sententia, colligi videtur ex illo loco
Paul. i. ad Timoth. 4. Spiritus, inquit, mani-
feste dicit, quia in nouissimis temporibus dis-
cedet quidam a fide &c. Hoc, inquit aperit
& clare mihi aperit spiritus sanctus, hac mea
ætate, hisce temporibus nostris futuros esse
multos, qui seducti errabunt. Nam nisi de suis
temporibus loqueretur, quorsum tanta solli-
citudine admonebat Timotheum, ut vigila-
ret, & diligenter curaret doctrinam sanctorum tra-
dere, nisi quia illos iam ad esse conspiciebat,
quos spiritus sanctus manifestè reuelarat, at-
que idem repetit 2. epist. c. 3. in nouissimis die-
bus instabunt tempora periculosa, erunt ho-
mines seipso amantes, & quia tunc illi erat,
de quibus loquebatur, addit: Hos deuita. &
subdit: Ex his sunt qui penetrant domos: Non
ait (inquit August. in epist. 80. ad Hesichium)
hunc tractans locum) penetrabunt, tāquam
id futurū pronuntians: Sed ait, penetrant do-
mos, & captiuas ducunt mulierculas. Non
ait ducent, sed iam ducunt. Nouissimi qui-
pe dies dicti sunt, & in ipsis primis apostolo-
rum diebus, cum Dñi in cælum recens esset
ascensus.

b. 80.

ascensus. Hæc ille. Hoc etiam à D. Petro di-
ctum esse intelligimus 2. epist. cap. 3. dicente:
Hoc scientes, quoniam venient in nouissi-
mis diebus, in deceptione illusores, at quod
aperte & clarè de suis temporibus loqueren-
tur, docet nos Iudas in sua Canonica, qui
cum ceteris apostolis superuixerit, & po-
sterior scripsiterit, cum iam eiusmodi homi-
nes esse cognosceret, & hæreses illas iam
graſſari cōſpiceret, aduersus quas motus est
ipse ad illam epistolam scribendam, dicit:
Attendite quod dictum est ab apostolis sci-
licet Petro & Paulo locis allegatis: In nouis-
simis diebus esse futuros tales deceptores
quales iam videtis, quod enim ab alijs pre-
dictum fuit futurum in nouissimis diebus,
ipse iam suo tempore quasi in nouissimis
diebus adimpletum esse docuit, & sic in-
telligentes ista loca, facile Lutheranis &
hæreticis nostri temporis respondebimus,
cum ecclesiam Romanam hic insinuari con-
tendunt, quæ nuptias interdicat sacerdo-
tibus, & delectum ciborum proponat, cum
nequaquam aut nuptias, tāquam malas pro-
hibeat, aut delectum ciborum præcipiat,
quasi in cibis sit defectus, sicut hæretici
illi,

illi faciebant, de quibus loquebatur apostoli, & qui illo tempore erant, sicut præclarè legimus apud Epiphanius, cùm de hæreticis illius temporis agit. non diffitemur quæ illic hortatur Paulus discipulū suū Thimothœum ad quem sermonem dirigebat, posse etiā nō stris temporibus adaptari, vt sub persona Timothei, omnes episcopos quorum ille typū & formam gerebat, admoneat, hæreticos de uitent, & arcendorum luporum curam habeant, ac inuigilent super gregem sibi commissum, & sanam doctrinā omnibus tradat.

Erit mons domus Domini preparatus in vertice montium, & sublimis super omnes colles.

Ridiculum est audire, quæ miseri Iudei de hac prophetia proponunt. Dicunt enim hic à prophetaprædici Messiam, cum venerit, adunaturum montē Sinai, Thabor, & Carmeli, & supereos constituere debere, ac attollere montem domus Domini, idest, Montem Sion, in suo Talmud in lib. quem ipsi appellant Bababathra, habetur Rabbi Ioannā dixisse, Futurum est, vt Deus sanctus & benedictus, eleuet Hierusalē tribus leuis

fursum

fursum. & Rabbi Rubé in expositione psal-morum, super illud psal. 86. Fundamēta eius in móribus sanctis, futurum est vt Deus sanctus & benedictus adducat Thabor & Carmelum, pónatq; Hierusalem in capitibus eorum, sicut dictum est Esaiæ. 2. Sed quid præcor in re adeò ridicula plura congerimus? Hinc colligunt, suum esse spectandum Messiam, cum hæc adimplera nō viderint: at quæ sint indigna ista, quæ à viris doctis proferantur, nemo certè est qui non videat, imò & ab ipsorum doctoribus cum risu hæc excipiuntur. Nam Rabbi Salomon Gallus in expositione super Esaiā tractāista verba, hanc elevationem non nisi spiritualiter futurā intelligit. Eleuandum esse montem Sion, quātum ad dignitatem, quippe in illo longè maiora, atq; præstantiora opera efficiuntur, quæ alibi reperiamus facta: quod nobis clare ex euangelio constat, cùm ibi Christum Redēptorem nostrum tam multa fecisse miracula legamus, cùm in illo loco spiritum sanctū ē cælis miserit, cùm ibi homines docuerit, ibi legem euangelicam viua voce tradiderit, & sic apud prophetas, tot tamq; illustria & præclaraprædicta fuisse reperimus. Esaiæ 28. Ec-

O ce ego

Ecce ego mittam in fundamentis Siō lapidem probatum, angularem, preciosum, in fundamento fundatum. Et 41. Primus ad Siō dicit, ecce adsum, & Hierusalem euangelistam dabo. & 62. Dicite filiæ Sion, Ecce saluator tuus veniet, ecce merces eius cum eo. Et apud Abdiam: Et in Monte Sion erit saluatio. & psal. 83. Videbitur Deus deorum in Siō. Hæc erit illa eleuatio, qua eleuandus erit iste mōs domini Domini. Rabbi etiam Abraham Aben Ezra, super ista verba Micheæ, prophetam de Messia loqui affirmat, atq; Messiam esse illum montem de quo prophetæ loquuntur, qui super capita montium i.e. super omnes sanctos esset eleuandus: Messias enim apud prophetas s̄apius mons appellatur. Sic Zachariæ 4. Quis tu mons magne corā Zorobabele. Quia de Zorobabele erat habitus ortū: sic dicitur. & Daniel. 2. Lapis ille qui percussit statuam, factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram. Quod si de hacre plura quis desideret, apud Galatinum lib. 5. cap. 3. & apud Adrianum Finum lib. 7. cap. 5. reperiet. Nostri autem doctores, in expositione huius loci bipartiti sunt: Alij enim cum D. Hieronymo & Basilio & Au-

gustino

gustino. lib. 18. de ciuitate. cap. 30. per istum montem Christum intelligunt, qui super omnes sanctos eleuandus erat, nam amplioris gloriæ dignus est habitus, quam Moses, quanto ampliorem honorem habet domus eo qui fabricat eam, vt ait Paulus. ad Hebreos 13. etiam Abraham præstantior est, qui exultauit vt videret diem assumpti humani Ioan. 3. tatis, vidit & gauisus est. Et Esaiæ 52. Ecce intelliget seruus meus, & eleuabitur, & exaltabitur & sublimis erit. Quæ verba paraphrasis Chaldaica sic interpretatur: Ecce prospexit seruus meus Messias, & exaltabitur plusquam Abrahā, eleuabitur plusquam Moses, & sublimis erit valde plusquam angeli superiores. & de eodē loquens Esai. c. 4. sic dicit: In illa die erit germē Dñi, i.e. Messias, in magnificētia, & gloria, & fructus terræ, qui ipse est fructus beatissimæ virginis sublimis. Alij autem, per istum Montem domus Domini eleuandum super omnes montes & colles, cū D. Chrysost. Esai 2. & in lib. in quo demonstratur quod Christus sit Deus, ecclesiā nostrā intelligunt, quā ideo montē appellat, ob inexpugnabile dogmatū eius traditionē quę dom⁹ Dei dicitur, sicut psal. 26. vna petij.

O 2

à Domini

à Domino hanc requiram, vt in habitat in domo Domini. Ecclesia enim est domus Dei de qua Paul. in priori ad Timotheum. cap. 3, dicit: Hęc scribo ad te fili Timothee, vt si tandem daueris scias quomodo debeas cōuersari in domo Dei, quæ est ecclesia Dei viuentis, columna & firmamentum veritatis. Est mons p̄paratus in vertice montium, quia qui cōfidunt in Domino, erunt sicut mons Sion. Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui. psalm. 124. Ergo hic propheta vaticinatur in nouissimis temporibus, ecclesiam Christi quæ in illo tanquam in capite fundata est, exaltandam fore super omnes alias congregations & super omnia regna mundi & monarchias: Cum vbique terrarum longè lateq; dispersa, imperium & potestatem exerceat suam: Cum eius potestas etiam vsq; ad ipsos pertingat celos, & sic Iupiter à verticem omnium montium se exhibet conspicuam, & hoc indicarunt Septuaginta sic vertentes: Erit manifestus mons dominus Domini, ab omnibus videbitur, toto erit conspicuus orbi, vt vel sic taceant infelicitissimi hæretici nostri temporis, qui ecclesiā Christi inuisibilem esse cōtedunt, cū tam apertā

contra

contra se habeat prophetiā. Nō desunt etiā quiper montē istū, legem euangelicam intel ligant, quæ propter excellentiam mons dicitur. At de ecclesia, cum D. Chrysost. si intelli gatur hic locus, clariora multò quæ sequuntur apparebunt.

Et fluent ad eum populi &c properabunt gentes multæ.

Q Via miseri Iudei & cæci ex Esaię verbis argumentum sumunt cōtra nostram religionem (de hac enim reverba faciens, dixit: Et fluent ad eum omnes gentes, neq; tam omnes venisse gentes conspiciūt) libuit hic breuiter annotare nostrum prophetam Esaiam explicuisse, & vniuersalem illam enuntiationem nō tam amplè esse, sumendā qmiseri blaterat ostēdisse: sed quomodo frequenter huiusmodi phrases loquēdiū scriptū rare periuntur. Annotatum enim legimus à Rabbi Dauid Kimhi, doctissimo inter Hebreos, in libro Serasin, vt etiam ex eorum testimonio veritatem nostram cōprobemus, dictionem vniuersalem omnis aliquādo cōprehendere singula, & aliquando partē multitudinis quod ostendit ex eo quod legi-

O 3 mus Ge-

mūs Gen. 24. & omnia bona Dñi in manu eius, & cap. 41. Omnis terra venit in Aegyptū. & 4. Reg. 8. Accepit omnia bona Damasci. Tempus me deficeret citandis. testimonijs: & hoc etiam annotatū legimus à D. Augustino lib. 4. contra Julianum cap. 8. & lib. 6. cap. 12. & lib. 1. de peccatorum meritis cap. 25. & 28. & à Fulgentio in lib. de incarnatione, & gratia Domini nostri Iesu Christi cap. vltimo, & à D. Prospero lib. 1. de vocatione gentium. Sed certè quod sic sint sumenda. Esaïæ verba clarius noster propheta docet, quam vt explicacione egeat. Cum vniuersalem illam enunciationem sic explicuerit, dicens ad Montem Iulium, de quo illi erat sermo, venturos populos, & properaturas gentes multas: idē per populos & gentes intelligens, sed alijs atq; alijs verbis, quod frequē est in scriptura, quibus verbis ecclesię amplitudinem declarare voluit, & illam futuram populoſissimam, ad quam multæ gentes confluere deberent, quod etiam per Sophoniā dictum legimus cap. 3. Ex finibus fluuiorum Aethiopijs afferent tibi hostias. & psal. 71. In cōspectu eius procident Aethiopes. & psal. 85. omnes gentes quascunq; fecisti venientia erit

sacerditie magnificētia & amplitudo, vt nō solū Iudæos, verū etiā gentiles multos recipiat, quod téplō Iudæorū quo ipsi tantum gloriabātur, cōuenire nequit. Gétibūs enim illa lege interdictus erat ingressus templi, & hoc vehementer dolebat Ierem. non obseruari, quam calamitatem acerrimè Threnos primo deplorabat. Vidi gētes, dicens, ingressas sanctuariū, de quibus prēceperas ne intrarent in ecclesiam tuam. & ita hoc quasi graue crimen actorū 21. Paulo imputabatur, quod gentiles induxisset in templū, & violasset sanctum locum illum. At vero ecclesia non tā angustis limitibus cōtinetur, sed vniuersas vnde cunq; terrarum gentes expāsis manibus recipit: & vt situr, cū hoc dicit verbo נָהָר Nahar, quo significatur impetus ille quo flumina ad mare tendunt sua sponte, vt promptam & alacrem gētium obedientiam ostēdat, & quod solo verbo obedierint sicut dictum est psal. 17. In auditu auris obediuit mihi. Non me latet D. Hiero. distinctionē constituere inter populos & gentes, cū per populos Iudæos intelligat, cuius verbis sunt, fluent omnes populi i.e. in morē fluiorū turbē innumerabiles cōgregabūtur, festinabunt

COMMENTARIA IN

Math. 4. festinabunt autem populi, quādo in eum pariter crediderunt Parthi, & Medi, & Elamitæ, & habitantes Mesopotamiam, Iudæa, & Capadociam, Pontum & Asiam, Phrygiā, & Pamphyliam, Aegyptū & partes Lybię, quæ est iuxta Cyrenen & aduenæ Romani, Iudæi, & Profelyti, Cretes, & Arabes. Nōnne vobis festinasse videntur ad mótem, quibus dictū est: Sequimini me: & Faciā vos pescatoresho minum? & protinus sequuti sunt saluatorē. Rursumq; de Iacobo & Ioanne scriptura refert, quod relicta nauī & patre, festinauerūt ad montem, & Matthēus publicanus audīe: Sequere me, statim cucurrit. Sed & illud in Euangelio, quando sequutæ sunt eum turbæ multæ à Galilæa, & Decapoli, & à Hierosolymis & Iudæa, & trās Iordanē, & curauit eas festinantes. Populis autem festinantibus gentes quoq; plurimę ibunt ad montem, totus, scilicet, orbis in eum credens. Hec ille: Verūm cum Iudæorum tarditatem, & non promptam illam veniendi alacritatem, quā hic assignat propheta, in Iudæis viderimus, forsitan alicui non admodum conuenire. dō: Etissimi viri explicatio apparebit, nisi velimus prophetiā hāc intelligere de apostolis,

& illis

MICHEAE CAP. IIII. 109

& illis qui in principio, auditō Petro appositi sunt vna die tria millia, & deniq; quinq; millia, ad quod & Hiero. videtur respicere. Aet. 2. c. 3.

Et dicent, venite ascendamus ad mótem Dñi, & ad dominum Dei Jacob.

Illi, inquam, qui tam prompto animo ad montem istun; venerint, cum gustare céperint suavitatem bonorum, quæ in isto monte reperiuntur, non contenti erunt, se solos illorum bonorum participes esse, sed & alios inuitabunt, & exhortabuntur, vt ad eundem montem descendant, & statim se præbebūt aliorum doctores, quod maximū est charitatis signum, non solum de sua salute sollicitos esse, sed etiam aliorum salutem anxiè & sollicitè curare, hoc signis exterioribus demonstrabunt: si cum primū confluūt & Dei legem recipiunt, tantam gerunt follia studinē, quos facturos progressus existimandū est, cum iam perfecti facti, quæ in monte isto. i. in ecclesia latent, cognoverint? Sed illud etiam aduertendum est, quantum inter istum montem atque illum, in quo lex data est intersit. Ad illum enim montem ne accedere audebat, vt constat Exodi. 19.

O 5

ad istum

COMMENTARIA IN

ad istum motem sine metu aliquo aut pauro
re accedunt, & alios ad ascendendum hortan
tur, Accedite ad eum dicentes, & illuminabi
mini psalm.33. & sic Paul. hortatur: Acceda
mus cum fiducia ad thronum gratiae eius.
Quem autem montem Domini dixerat, exornanda
orationis gratia, domum Dei Iacob nominat.
Cum enim Iacob Deo valde fuerit gratiosus,
& illi multum familiaris, saepius in scripturis
Deus Iacob dici solet. Verum offert se sta
tim aliud Iudeorum argumentum, quod ex
istis verbis miseri sumunt, ut Christum redem
ptorem nostrum non fuisse Messiam contine
dant, quod nunquam nos qui eius fidei sumus
amplexi, inuitemus alios ad dominum Dei Ia
cob condescendam, sed quosdam ad domum
D. Pauli, alios ad domum D. Francisci,
aut alterius sancti. At si aduerterent & occu
los aperire vellent, facile cognoscerent Chri
stianos viros ad Christum & eius ecclesiam co
scendere, & in illo suam spem collocare soli
tos esse, quod si dicunt, eamus ad dominum D.
Petri, aut alterius, non eo quidem quod templum
Petro aut Paulo dicatum sit: tempora namque non
nisi Deo dicantur. Est enim cultus latræ, qui
soli Deo debetur: & sic sancti doctores inde
Ad Heb. 4.

etiam

MICHAEL CAP. IIII.

etiam colligunt spiritum sanctum esse Deum.
Quia 1. Corinth. 6. Paul. spiritui sancto tem
plum tribuit, dicens, Tépla estis spiritus san
cti. At in memoriam & honorem sanctorum
eorum nominibus tempora insignimus. Sic in
cōsecratione ecclesiarum, non dicitur, tibi Pe
tro aut Paulo hanc dicamus ecclesiā, aut con
secramus, sed Deo duntaxat: & licet mul
ta tempora Deo dicentur, una tamen est do
mus Dei Iacob, una ecclesia catholica, quae
est omnium fidelium conuentus, sic Dama
scenus lib. 4. fidei orthodoxæ c. 17. dicit, tem
pla Deo dirigimus nomine sanctorum. Sic Leo
Papa sermo. 7. de Natiuitate basilica, inquit,
Petri, uni Deo viuo & vero est dedicata. Ve
rum est Vvichlephum & Lutherum nos re
prehendere, quod nominibus sanctorum tem
pla vocemus, sed bene quidem fieri haud me
diocre apud me est argumentum, quod his
perditissimis hominibus non placet. At sem
per licuisse tempora Deo dicata, ad illa distin
guenda, nomine alicuius sancti appellare, da
cit Augustinus. lib. de dogmatibus ecclesiæ
sticis cap. 73. & Eusebius lib. 2. historiæ cap.
17. & cap. sacrosancta Romana ecclesia 21.
distinctione.

Docebit

Docebit nos de vijs suis & ibimus in semitis eius.

Hic est inuitatiū scopus, vt homines eru-
diātur, atq; sic eruditi ambulēt in vijs
eius & mandata eius custodiāt, hoc est enim
ambulare in semitis eius secundū illud psal.
118. Beati immaculati in via qui ambulāt in
lege eius. Nec satis est credere, vt impij Lu-
therani garriunt, nisi etiam in vijs eius ambu-
lemus, sic Lucæ 24. cum suis præcepisset, vt
omnes gentes docerent, baptizantes eas in
nomine patris & filij & spiritus sancti, addi-
dit docentes eas seruare quæcunque manda
ui vobis.

*Quia de Sion egredietur lex & ver-
bum Domini de Hierusalem.*

Volens propheta rationē reddere, qua-
re se adveniendum inuitabunt, Nā, in-
quit, lex quēdā à Christo cōcedetur, quē nō
ad vnā familiā pertineat, nō ad vnū populu,
sed ad omnes omnino ḡtēs: à Siō & Hien-
salem suum habuit initium prēdicatio euān-
gelij. Eo in loco dictum est discipulis, Eun-
tes in mundum vniuersum prædicate euān-
gelium

m gelium omni creaturæ. Marc. vlt. & Matthēi
vlt. At silentio præterire nō potui, impuden-
tissimi Ioannis Brentij in hac parte impudé-
tiā, qui in odium Romanæ ecclesiæ, ex isto
loco contendit Hierosolymitanam ecclesiā
primatū obtinere, & ad illam nobis esse re-
currendum in rebus dubijs, in qua re Iulianū
apostatam est imitatus, qui vt Christia-
nos à Christo & à veritate auerteret, templū
Hierosolymis ædificari curauit, vt ad illud
omnes cōfugerēt. Verūm cùm Brentio præ-
clarè satisfecerit, & nihil minus ex isto loco
colligi perdoctē satis docuerit, eximius ma-
gister meus, & mihi semper multis nomini-
bus charus, frater Petrus de Soto, in prima
defensione contra Brentium cap. 100. ab hoc
opere superfedere decreuimus. Illud autem
annotabimus, hæc verba satiſ aperta esse ad
demonstrandum legem aliam, à Deo esse cō-
cedendam præter priorem, quam antea per
Mosen tradiderat. Ita vt nullo modo hisce
verbis valeant ipsi Iudei respondere, qui in
hoc perpetuo versantur errore, legem illam
priorem in eternum duraturā, nec vñquam
abolēdam, quod maximas excitasse tragœ-
dias in primitiua ecclesia legimus, aduersus
quos

quos acerrimè ad Galat. & ad Philip. & ad Hebraeos Paulus inuehitur, docens illā priorem per hāc nouam esse euacuatam. At quomodo debeant intelligi loca, quæ dicunt illud testamentum futurum fuisse æternū, docet D. Augustinus lib. quæstion. super Exod. quæst. 43. & 124. & lib. 17. de ciuit cap. 6. Nam dandam esse aliam diuersam ab illa, ex isto loco constat primum à loco. Nam illa in monte Sinay, hæc auté in monte Sion à persona: nam illa solum populo Iudaico, hæc autem omnibus volentibus eam suscipere, à tempore. Nam illa ante tempora Michæ, hæc autem multis post annis danda, de hac enim dictum est Esaiæ 55. Feriam vobis scum pactum, misericordias Dauid fideles. Quem locum Paulus adducit ad hoc probandum Actorum 13. de eadem loquitur rem. cap. 31. dicens: Ecce dies venient, dicit Dominus, & consumabo super domum Israel & super domum Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum, quod recipi tribus eorum, in die qua apprehendi manū eorū, ut educerē illos de terra Aegypti: qui locus ad hoc probandum à D. Paulo adducitur ad Hebr. 8. & Esai. cap. 51. Attēndite ad me po-

M I C H E A E C A P. IIII. 112
me popule meus, quia lex a me exiēt, & iudicium meū in lucem populorū innoteſcat, & Baruch. cap. 3. Et statuā illis testamentū alterum sempiternū. De qua re legendus est Petrus Alphōſus dialago 12. contra Iudæos, & Adrianus Finus lib. 7. flagelli cōtra Iudæos. & Petrus Galatinus lib. 10. cap. 1.

Et iudicabit inter populos multos, & corripiet gētes fortes usq; in longinquit.

*Q*uid bonum quidue malum sit docebit, & etiā populos discernet. Est enim lex euangelica, lex viua, viuus est sermo Dei, & penetrabilior omni gladio ancipiti, ad Heb. 4. Est veluti malleus conterens petras, & corripiet gentes, quantuncunq; dissitas, nulla ^{Ierem. 23.} erit lis quæ non possit dirimi doctrina euangelij, si aliquando inciderit difficultas, de religione catholica, ecclesia omnia componet. Nam cum sit columna & firmamentum veritatis. 1. ad Timoth. 2. & ab spiritu sancto regatur, falli non potest, de omnibus satis instructa est.

Et concident gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones, non sumet gens

*gens aduersus gentem gladium, et non
discent ultra belligerare, & sedebit vir
subtus vineam suam, & subtus ficum
suam, & non erit qui deterreat, quia
os Dñi exercituum loquitum est.*

ARMA bellica mutabunt in instrumen-
ta agriculturæ tempore Christi, pro-
discordia enim quæ antea in toto orbe regna-
bat, erit concordia & studium pacis, sic psal.
71. Orietur in diebus eius iustitia & abu-
ndantia pacis, & Esaiæ 32. Erit opus iustitiae pax. Et
sic Christum appellat Esaias cap. 9. Principe
pacis, & ut summam pacem describat, signa
multa ponit tranquillitatis & pacis. Non su-
met gens aduersus gentem gladium, & sede-
bit vir subtus vineam suam, & subtus ficum
suam, sicut tempore pacis fieri consuevit. Et
non erit qui exterreat, non erit qui eum ab
ocio arceat. Verum de qua pace prophetalo-
quatur, non satis constare videtur. Petrus Ga-
latinus de archanis scripturæ sacræ lib. 5.
cap. 6. hæc verba intelligenda esse existimat,
de secundo Christi aduentu. i. post diem iu-
dicij hæc summam pacem futuram & ab hac

sententia

sententia stare videtur, quia dixerat antea, Et
iudicabit inter populos, & gétes fortes cor-
ripiet. Quæ verba èo etiā nos ducunt, vt quæ
sequuntur de finali iudicio intelligatur. At
vero quod de primo aduētu Messie sint hæc
verbæ intelligenda, præterquæ quod ipsi lu-
dæsic explicant, in hanc sententiam conue-
niunt omnes sancti doctores qui de hac re
loquuntur, & sic D. Hieron. super Esai. cap.
2. inquit, Reuoluamus historias, & inuenie-
mus quod à 28. anno vsq; ad 41. Augusti Cæ-
sar is in quo natus est Christus, in toto orbe
terrarum fuerunt discordiæ, & singulæ na-
tiones contra vicinas gétes studio arsisse pre-
liandi reperiemus, Orto autē saluatore quā-
do sub Præside Syriæ Cyrino, prima est in
orbe terrarū facta descriptio, tūc omnia bel-
la cessarūt. Hæc ille. Et in isto loco sic ait: Pri-
mum quidem iuxta litterā, antequam nasce-
retur nobis puer, cuius principatus in hume-
ro eius, totus orbis plenus erat sanguine, po-
puli contra populos, Reges contra reges di-
micabant, gétes aduersus gétes, deniq; etiā
ipsa Romana Respublica bellis lacerabatur
ciuilibus, Cinna, & Octauio, & Carbone pu-
gnantibus, Sylla & Mario, Antonio & Catilina, Cæ-

P linea, Cæ-

lina,Cæsare & Pompeo , Augusto & Bruto,& eodem Augusto & Antonio,in quorū prælijs vniuersa sanguinem regna fuderunt.Postquam autem ad imperium Christi singulare imperiū Roma sortita est , apostolorū itineri peruius factus est orbis , & aper-te sunt eis portæ vrbiū , & ad prædicatio,nem vnius Dei singulare imperium constitutum est . Hęc ille . De qua etiam re vidēdus est Euseb . Cæsar.lib. i . demonstrationis euangelicæ cap. 3 . Sed vt clarius intelligere qua-
mus de qua pace hic sermo sit , in memoriā reuocare nos oportet illa quæ habetur in D . Luca cap. 2 . Exiit , inquit , edictū à Cæsare Au-gusto , vt describeretur vniuersus orbis : & na-to saluatore asseritur , facta est multitudo an-gelorū dicentiū : Gloria in excelsis Deo & in terra pax hominibus . Quod hic prædictur futurum , iam adimpletū ab angelis enuncia-tur . Quibus verbis ex sanctorū patrum sen-tentia , duplex pax designatur , & tempora-lis , & spiritualis , Octauiano em imperat , cū iam superatis hostibus , pacato potiretur or-be , natus est Christus , & tunc tertio tēplum Iani . quod pacis erat indicium , clausum est : primū à Numa Pōpilio , secūdū post bellū

Punicū

Punicū clausum est , vt constat ex Suetonio & Liuio ; & duravit illa pax multotempore nempe ad quadragesimum annū post mor-tem Christi , quando quinto Neronis anno missus fuit Vespasianus ad debellandum Iu-dæos : & sic facile constat summam fuisse pa-cem , cum Christus est natus . Verum etiā de pace spirituali , & quadā mētis tranquillita-te , quæ in animis Christianorū reperitur , in-telligi potest , & de ea quā Christus suis cō-mēdauit Ioan . 13 . Pacē meam do vobis , Pacē relinquo vobis . qnam & Paulus quibus scribit , perpetuo precatur . Et lex euangelica , fugiendas esse lites , declinandas esse conté-tiones docet . vt sic verum sit dicere , talē fu-turam esse pacem , qualē hic describit , inter illos qui mótem hunc cōscenderint , & ver-bum quod ex Sion exiit fuerint amplexi . Libet etiam Respōsionem apponere Leōtij Cyprij qualudæis ad istam obiectionē respo-det : Intelligat igitur hęc omnia cōtigisse , nā cū Christus esset oriturus , statim exiit edictū à Cæsare Augusto vt describeretur vniuersus orbis : quā obrē cū totus orbis esset in ditio-ne Romanorū , oēs in pace degebāt , & cū mu-tuò inter se bella nō ampli' gererēt , ad agri-

culturæ studia sese conuerterant , quod si
gētes aliquas fuisse reliquias dixeris quæ ar-
mis inter se dimicaret , respōdebo illud ei.
se scripturæ proprium, vt totum ponat pro
maiori parte, vel id prædictum esse de genti-
bus quæ crediderunt, sensu autem magis an-
chano & sublimi: gens, inquit, dæmonū ad-
uersus hominum gentē idololatriæ gladiū
animos interimentē & Dei cognitionis o-
bliuionem afferentem non tollet. Nam vbi
diuulgatum est euangeliū omnes vnum
corpus effecti sunt & vnū habēt caput Chri-
stum, & formidandi dæmonibus euaserunt.
Quod autem ipse dixit Matth.10. se venisse
non vt pacem in terram afferret sed gladiū,
id nō intelligitur de gladio bellico: gladius
enim quem ipse tulit nihil aliud est quam
suę doctrinę diuulgatio, & in eū fides , quæ
separat fidelem ab infideli, & coniunctionē
& consensum eorum in peccando dirimit.
Hæc ille: At si quis obijciat, quæ hic à pro-
pheta dicuntur, Et non discent vltra bellige-
rare : quod licet tempore Christi sum-
ma pax fuerit tamen posteà bellis arsisse o-
mnia sæpè legimus , Respondemus , quod
licet dictio Hebræa 7^{is} Hod , cui respon-
det

115
det vltra in scripturis sacris, aliquando si-
significet idem quod nunquam. vt Genes.8.
Non addam vltra maledicere terræ. i. nun-
quam amplius maledicam. & Sophonie.3.
Iubila filia Sion quoniam Dominus in me-
dio tui, nō timebis malum vltra. i. nūquam,
loquitur enim post secundum aduentum,
frequentius tamē breue tempus denotat, vt
docet Rabbi Dauid Kimhi in libro Sera-
sim: quod apertè constat ex illis verbis pro-
verb.30. Date vinum, inquit sapiens, mōren-
ti, & ei qui amaro est animo, & obliuiscetur
egestatis suæ , & laboris sui non recordabi-
tur vltra, id est , per breue illud tempus quo
vino madidus fuerit. & 4. Reg.6. Non addi-
derunt vltra latrones Syriæ venire in Israel.
Cū constet post hæc terram Isræl sæpius in-
vasisse Syros. & Gene.35. Non vocaberis vla-
tra Iacob, sed erit Israel nomē tuū, cū tamen
in eodem capite sæpius Iacob vocetur . & 1.
Reg.7. Non addiderūt vltra Philistijm veni-
re in terram Isræl. At statim cap.13. mortuo
Samuele venerunt, sic & in isto loco signifi-
cat propheta non erit bellum per aliquod
tempus, quod factū legimus post natū Chri-
stum; quanta autem pace homines frueréntur

tēporibus Christi, ipse elegāter declarat su-
per Esaīā similia verba explicans. Ethāc; in
quit propheta, sic cōtingēt, quia os Dñi exer-
citū loquutū est, & aliter cuenire nō possit;

*Quia omnes populi ambulabūt, unus
quisq; in nomine Dei sui: nos autē am-
bulabimus in nomine Domini Dei no-
stri in aeternum & ultra.*

Phrasis est Hebrēa, ambulare in nomine
alicuius, pro eo quod est secūdū legē il-
lius viuere. Omnes gentes vſq; ad ea tēpora
colēt idola sua, & eorum leges amplectētūr,
At nos, inquit, Iudei erimus semper fideles,
& perpetuo cōlemus Dñm Deum nostrum.

*In die illa dicit Dominus, congregabo
clādicantem: & eā quā eieceram, col-
ligā & quam affixerā, Et ponā clau-
dicantem in reliquias, & eā quā labo-
raverat in gentem robustam. Et regna-
bit Dominus super eos in monte Sion
ex hoc nunc & usque in aeternum.*

De qua

DEquagēte prophetiam texat, aut qui-
bus, quæ hisce verbis prophetæ asserū-
tur conueniant, variant interpretes, nec in-
ter illos satis cōuenit: quidam enim de popu-
lo gentilico, vt Theodoreetus, alij vero de Iu-
daico assuerat hēc esse intelligenda, vt Hie-
ron. Medij etiā sunt alij qui partem gentili-
co conuenire populo aiunt, partem vero Iu-
daico, sicut videmus Ruperto Abbatipla-
cuisse. Verū si id repetamus quod toties ad-
monuimus, hunc esse prophetarum morem
& quidem frequentissimū, vt his solatium
prēbeant, quibus acerba & dura fuerint va-
ticinati, quō ab angustia & dolore ani-
mos auditorum leuent, facile colligemus
ipsis Iudeis hanc conuenire prophetiam,
& ad illos pertinere quæ fœlicia & illu-
stria his verbis prophetā annunciat, quibus
etiam capitibus superioribus tam tristia
& lugubria prænunciarat: sed & quæ an-
tecedunt verba eō nos ducere videntur,
vt veram esse putemus quam in hac par-
te amplectimur sententiam. Nam cum
in principio capitis, huius rei gratia tam
fœlicia proposuisset, quę in nouissimo
dierum erant futura, vt dolorem illorum

verborum leuaret, quibus dixerat: *Surgite & ite, non habebitis hic requié, & Sion quasi ager arbitur, &c.* Quia respondere poterant Iudæi, quibus tam fœlicia annuntiabat, *Quid, obsecro, hęc ad nos pertinent, quos in captiuitatem abituros affirmas, quos in tam varias dissitasq; regiones dispergendos assēris, quibus migrare præcipis ex Hierusalem & Sion:* *Respódet propheta, Et vos etiam in die illa eritis socij, & participes fœlicitatis huius, quia in illa die congregabo claudicātem, & eam quam eiecerām colligam: siue vt in Hebræo habetur, Cōgregabo claudicātem, & eam quę malè ambulauerat: in die igitur illa, aduentus Mesiæ.* Nā præ illius temporis comparatione præcedens tempus legis Mosaicæ, non dies sed nox reputatur, si Paolo credimus ad Roma.13. Nox, dicente, præcessit, dies autē appropinquauit. In die illa, de qua dicit idem 2. Corinth.6. nunc est dies salutis, nunc proprietor est nostra salus, in die illa, in qua erit germen Domini in magnificētia Esaiæ 4. & de qua Ierem. 31. Venient dies dicit Dñs, & de qua in principio capitit loquutus fuerat, Erit, dicēs, in nouissimo die rum, congregabo claudicantem Iudæorum synagogam

synagogā claudicantē appellat, quam toties claudicasse legimus, Claudicauerūt em à semitis suis, David dicebat psalm.17. & Helias 3. Reg.18. vsque quo claudicatis in duas partes. Claudicauerunt & alias frequenter, nūc adhærendo Deo, nunc seruiendo idolis, & eam quam eieceram, scilicet in captiuitate colligam quam eieceram, permittēdo illam abiire post amatores suos: & quam afflixerā varijs calamitatibus & perseguitionibus, illam colligam, illam reducam ad ouile ouiū, vt participem illam faciam tantæ fœlicitatis & beatitudinis. Verūm ne quis hisce verbis deciperetur, atque in hanc deuenire tentiam, vt arbitraretur omnes Iudæos quātuncunq; dispersos esse colligendos: vt ipsi caci & miseri adhuc delirātes autumāt, vel ne quis videns quam paucissimos ex Iudæis congregatos fuisse, & ad hoc ouile redactos affirmaret nequaquam de Iudæis hæc verba esse intelligenda, addidit: *Et ponā claudicantem in reliquias: nō, inquam, omnes Iudæos congregabo, & omnem synagogam eiectā, sed reliquias illas de quibus Heliae dixerat, Reliqui mihi septem millia virorū qui nō curuauerunt genua ante Baal 3. Reg.18. & de*

quibus Esai. i. dictum est: Nisi Dominus reliquit nobis semē, sicut Sodoma fuisset. & de quibus Paulus: Reliquiae per electionem gratiae, saluæ factæ sunt. ad Rom. ii. Nō enim repulit Deus plebem suam quam præscivit, nam & ego Israelita sum, & licet filij Israhel fuerint plures quam arena maris, reliquia saluæ fient. & ita Actorum 2. legimus, una die ad prædicationem Petri appositas fuisse animas circiter tria millia. & cap. 4. legimus factum esse numerum eorum qui crediderunt virorum quinque millia. & 21. dictum est Paulo: Vides frater quam multa millia sunt de Iudæis qui crediderūt. Nō ergo omnes cōgregabo ex claudicante synagoga, vt toties per alios prophetas prædictū est, sed reliquias claudicantis. Et eam quæ laborauerat in gentem robustam. Eandem appellat laborantem, quam claudicantem prius dixerat: laborauerat autem importuno iugo legis, de quo Petrus dicebat: Nec nos nec patres nostri portare potuimus Acto. 15. vel illā quæ toties defecerat, quæ tot prauis morbis & iniquis affectionibus egrotauerat. Illam ergo ponā in gentem robustā, iam illos quos colligam sic viribus præstare faciā, sic robustos & fortes reddam, vt sint fortissimi ac robustissimi duces, quasi dicat: Erūt illi qui ex Iudæis conuersi fuerint ad fidem, & ad ouile ecclesiæ congregati, fortissimi propugnatores euangelij, præclarissimi milites, innumera biles illi ad fidem Christi conuertent. De quibus Esa. 60. dictū est: Erit minimus in milie & paruu in gentem robustam: erunt robustissimi quos neque minū Principum, nec acerrima supplicia proposita deterrebunt quominus cōstāti & fortissimo animo asserant, obediendum potius esse Deo quam hominibus. Lætiabant discipuli cum proximine Iesu Christi contumeliā paterentur: timidi erant anteā cū fugerūt, cū Petrus negavit Christum, verū postea redditū sunt robustissimi: debiles erant, & abiecti, & indolenti homines, sed facti sunt fortissimi & sapientissimi. Ponā igitur, inquit, claudicantē, vel reliquias claudicatis in gentē robustā, talis erat Paulus cū ad Rom. 8. audebat dicere: Certus sum quia nec mors, nec vita, neq; angeli, neq; principatus poterūt nos separare à charitate Dei. Et regnabit Dñs super eos in móte Sio. i. in ecclesia. Sic enī dicit Paul. ad Heb. 12. accessisti ad móte Sio & ciuitatē Dei viuētis, & ecclesiam

Act. 5.

tos & fortes reddam, vt sint fortissimi ac robustissimi duces, quasi dicat: Erūt illi qui ex Iudæis conuersi fuerint ad fidem, & ad ouile ecclesiæ congregati, fortissimi propugnatores euangelij, præclarissimi milites, innumera biles illi ad fidem Christi conuertent. De quibus Esa. 60. dictū est: Erit minimus in milie & paruu in gentem robustam: erunt robustissimi quos neque minū Principum, nec acerrima supplicia proposita deterrebunt quominus cōstāti & fortissimo animo asserant, obediendum potius esse Deo quam hominibus. Lætiabant discipuli cum proximine Iesu Christi contumeliā paterentur: timidi erant anteā cū fugerūt, cū Petrus negavit Christum, verū postea redditū sunt robustissimi: debiles erant, & abiecti, & indolenti homines, sed facti sunt fortissimi & sapientissimi. Ponā igitur, inquit, claudicantē, vel reliquias claudicatis in gentē robustā, talis erat Paulus cū ad Rom. 8. audebat dicere: Certus sum quia nec mors, nec vita, neq; angeli, neq; principatus poterūt nos separare à charitate Dei. Et regnabit Dñs super eos in móte Sio. i. in ecclesia. Sic enī dicit Paul. ad Heb. 12. accessisti ad móte Sio & ciuitatē Dei viuētis, & ecclesiam

& ecclesiā primitiuorū de qua psal. 86. dicitur. Diligit Dñs portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Appellat autē ecclesiā montem Sion, vt suā obscuraret prophetiam, & vel sic odium quod ex dictis prophetarum sumere solebant, aliquo modo mitigaret. Nam hactenus de monte Sion dissipando ac destruendo sermonem fecerat. Est enim mos valde frequens prophetis, sub rebus carnalibus res spirituales intelligere, & cū de vno loquantur de alio intelligi vellet, vt docet Euthymius in præfatione super psalmos, & Hiero. super Esaiam cap. 16. Et sic non in carnali Sion Dñm regnaturū afferit, sicut miseri putabāt Iudei, sed in ecclesia, de qua simili phraſi psal. 2. Ego constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctū eius.

*Et tu turris gregis nebulosa filia Sion
vñq; ad te veniet, E^g veniet potestas
prima in regnum filia Hierusalem.*

Quod de Iudeis, vt diximus, quæ præcesserunt verba sint intelligenda: sum quæ anteceſſerūt (vt annotauimus) tum hæc quæ sequuntur verba faciūt. Nam modo ad Hierusalem loquitur, sicut aperte constat, cū

graue

graue onus supra ciuitatem venturū annunciasset, dicens: Siō quasi ager arbitur, & Hic iudeam in aceruos lapidum erit. Modò eidē vrbis, siue vrbis habitatoribus solarium præbet, & eorū valde afflictos animos hisce verbis leuat. Et quod hæc verba ad Christi téporā sint referēda, quicquid alij velint, illud cogere videtur, quod Paraphrastes Chaldaeus ad illa tépora refert: O ciuitas, inquit, Hierusalem in te incipiet regnare Dñs: sicut contigisse videmus, sic enim canit ecclesia: Dicite in nationibus, regnauit à ligno Deus: cum enim cruci affixus est Christus, cum exaltatus est à terra omnia ad se traxit, & ibi regnum eius incepit, & euangelium prædicari, & sic dixerat. Ex Sion exhibit lex, & verbum Domini de Hierusalem. Et ciuitatem Hierusalem turrim gregis appellat, à parte totam: quia forsan aliqua vrbis porta, dicebatur Turris gregis. Nam portam quandam illius ciuitatis, appellatam fuisse portam gregis Sahar-hazon, quia per illā greges egrediebātur & ingrediebātur in vrbē, cōstat ex 2. lib. Esdræ cap. 3. & cum portę ciuitatis ad modū turriū effent edificatę, quam alij portam gregis appellare consuevere, Micheas nominat turrim

turrim gregis.legimus Gene.35. Mortua Ra-
chele,Iacob fixisse tabernaculum trans tur-
rim gregis:In quo loco Ruben ingressus est
ad cōcubinā patris.Verūm quod de hac hic
loquatur,mihi nō videtur verisimile:scio D.
Hier.per turrim gregis templū intellexisse
turrim,inquam,illam de qua Esai.cap.5.dixe-
rat,Dominum in vinea turrim ædificasse,&
templum appellasse turrim,quia ad modum
turrīs erat constructum,& turrim gregis di-
ci,quia in eius atrio,vt dicit Lyranus,oues
& boues in holocaustum Dño maestabātum,
vel quia ad illud concurrebant Iudæi qui
oues Dei & grex eius dicebantur sicut psal.
94.Nos autem populus eius ,& oues paſcuæ
eius.& alibi:Iratus est furor tuus super oues
paſcuæ tuę.Dicitur aut̄ nebulosa,siue squa-
lēs,dictionē enim **חֶמֶת** hophel,nebulosum;
siue squallidum significare author est Hie-
ronymus.Verūm quia hophel,etiam tur-
rim significat siue arcem,sic Pagninus vertit
& alij,Tu turris gregis,turris filię Sion,&sic
Kimhi dicit hophel idē esse quod **מִגְדָּל** mi-
gdal.i.arcē siue præsidium,sensus itaq; est:Et
tu turris gregis,quia turris es siue præsidium
filię Sion,ad te vsque veniet:& templū Hie-
roſolymit

rosolymitanum arcem siue præsidium appellat. Erat enim templum illud veluti præ-
dium & arx in omnibus quæ se offerebāt Iu-
deis.At interpres noster paraphraſtem Chal-
dēum in hac parte sequutus, dictionem ho-
phel nebulosam trāſtulit: Et tu turris gregis
nebulosa. Verūm & si multa à multis dicta
legerimus, tamen quare nebulosa dicatur,
nobis non satis cōſtat. quibusdam ita dicta
videtur,quia erat adeò alta vt eius cacumen
effet aspicientibus obscurum. Vel dicta est
nebulosa propter frequētes aduersitates qui-
bus opprimebatur, vel propter mœrorē quo
contrahebatur, eò quod nondum aduenisset
cunctis adeo expectatus Messias, vel quia
incredulorum magna multitudo semper in
illa ciuitate est inuenta,vel propter vitia fa-
cerdotum ac populi, quæ acriter postea ta-
xat. Vel dicitur nebulosa,propter fumum
exurgentēm ex combustionē hostiarum,
quo efficiebatur, vt semper operta nebu-
la illa turris appareret, vel quia cum per
illam portam greges ouium ingrederen-
tur & egredierentur, ob puluerem quem
greges pedibus excitabāt,nebulosa semper
esse videbatur (sicut experientia fieri vide-
mus)

mus) Ad te, inquit, veniet cunctis spectatus gentibus, ille in qua, qui in te regnaturus est de quo dictū est Esaiæ 33. Dominus Rex noster, Dñs iudex noster, ipse saluabit nos, & Malach. 3. Ecce statim veniet ad templum sanctum suum Dominator quem vos queritis, & de quo dictum est psalm. 2. Ego constitutus sum Rex ab eo super Sion monte sanctum eius. Hic ad te primum veniet, hic in te regnare incipiet, hoc maximum tibi deberet esse solatium, hoc maximè leuare tuam afflictionem & dolorem debet, quod in te primum regnabit, in te primum apparebit, si cut ad impletū legimus in actis apostolicis.

*Nunc quare mœrore contraheris?
Nunquid Rex non est tibi, aut consiliarius tuus perijt, quia comprehendat te dolor quasi parturientem?*

C Vm propheta tam magnifica & illu-
stria p̄dictisset ventura, supra Hierusalem, cum maximam suis p̄nunciasset felicitatē, ad Hierosolymitanos ciues sermonē conuertit, eō quod mœrore maximo ob verba prophetę afficerentur. Nunc, inquit,

Ociuitas

Ociuitas Hierusalem in qua primum regnum nūrus est Rex Mefsias, & in qua primum verbum euangelicum incipiet p̄dicari, quare motore contraheris, audiēs enim hēc adeō felicia, certe non est aliqua ratio quare sie mœreas, aut sic ingemiscas & grauiter doleas accē mœrore consiliaris, quo maior esse nō potest, qualis est parturiētū. Cū sic grauiter doleas videris hac de causa hoc facere, quia in hac deuenisti opinione, vt existimes te iā non habiturā Regem, iam consiliariū tuum quē tam anxie expectabas perijste. Videris depositisse omnem spem aduentus tui Regis & consiliarij. Et ad hunc sensum Chaldeus alludere videtur, sic dicit: Quare sic mœres? hoc enim faciendo videris addicta gētibus, & critibus infidelium fāvere: At cum videoas nequaquam defuturum Regem, nec perijste consiliarium, cum audias illum in te regnum primum, & licet modo verseris in tānis grumnis & laboribus, tamen hēc omnia finē habitura, & ex summa in felicitate, qualis hēc est in qua modo versaris, ad summā felicitatem deueniendū, hāc spe hēc omnia modo patienter sunt ferenda. Solent patenter ferre labores illi qui sciunt finem aliquando

aliquando habituros, & premia digna labo
ribus illos manere. Ut autem intelligamus
quid hisce verbis reprehendat propheta,
est aduertendum quod cum populus Iudaic
cus in tatis miserijs & afflictionibus versatur,
cum tam dura pati cogeretur supplicio
ob ingetia sua scelera, ut toties diximus hoc
inter alia eos maxime torquebat, haec cum
corum animos coquebat, quod Messiam
se tam anxie spectatum ob scelera auferen
dum esse putarent, quo efficiebatur ut pro
fus omnem deponerent spem aliquandois
ad aliquam felicitatem deuenturos, arbitri
bantur iam se prorsus abiectos, & eorum
Deum esse oblitum, qui tam dura pati per
mitteret, & deniq; illorum iam nullam ha
biturum curam, sic per Esaiam cap. 49. di
xit Siô. Dereliquit me Dñs, & Dñs oblitus
est mei. & ca. 50. Deus ipse queritur: Quis est
hic libellus repudij matris vestre quod dimi
si ea? aut quis est creditor meus cur vendidi
vos? sic psal. 73. quarebantur: Ut quid Deus
repulisti in fine? & Ezechielis 8. Dereliquit
Dñs terrâ. & cap. 10. dixerunt eñi: Dereliquit
Dñs terrâ. Atq; hoc ita esse clarus & aper
tius colligitur ex verbis Iere. cap. 8. Dolor, in
quit,

quit, meus super doloré, nō qualiscuq; est,
sed omnē superat dolorē, in me cor meum
miserēs, & causam tati doloris assignat. Ecce
vox clamoris filiæ populi mei de terra login
qua, in qua s. captiuæ detinetur, & quid ille
clamor cötineret explicat: Nūquid Dñs nō
est in Sion, aut Rex eius nō est in ea? Nā si esset,
nō tato tempore captiui detineremur, transiit
messis, finita est ætas, & nos saluati non su
mus: indē certo colligimus Dominum Deū
non esse in Sion, qui antea liberabat nos,
neq; Regem ibi adesse, cum iam nostri cu
ram non gerat, nec nos ipsos regat. Et sequi
tur: Nūquid resina nō est in Galaad, aut me
dicus nō est ibi? Quare igitur nō est obducta
cicatrix filiæ populi mei? Certè iam nō est
in Galaad resina, nec medicus iam ibi est, nā
si esset, obducta esset cicatrix filiæ populi
mei: Non est autem obducta, quia ista desie
runt esse ibi, quæ antea erant, quia omnia
iam sunt cōmutata. Interrogatio hęc, animi
certitudinem & persuasionem, quam de hac
rehabebant ostendit. Haec nanque erat illo
rū falsa sententia, & pr̄terquam quod D. Hie
ronymus super hunc locum hunc sensum
horum verborum annuere videtur, sic esse
intelli-

intelligenda, verba quæ sequuntur in Ier. ostendunt. Cum enim Ieremias clamorem populi & verba filiæ populi sui exposuisset, nequaquam ferre potuit siccis oculis tantum suæ gentis animi desperationem, sed hoc grieve illorum malum cum lametaretur, in hec verba prorupit. Quis dabit capiti meo aquam & oculis meis fontem lachrymarum? Quis dabit me in solitudine diuersoriū viatorū & derelinquam populum meum, & receda ab eis quia omnes adulteri sunt, & cœtus præuaricatorum, & extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij, & non veritatis. quasi dicat: Ecce quæ loquuntur falsa sunt, Dominū, inquam, nō esse in Sion, aut nō esse Resinam in Galaad, & medicū iam deserte. Docuerunt, subdit, linguam suam loqui mendacium, & hac de causa non est obdura et a cicatrix, quia laborauerunt ut inique agerent, inde in hanc fallam venire opinionem voluerunt, ut inique agerent, omnem depo nentes timorem Domini. Hanc ergo iniquam sententiam illis hisce verbis reprehendens Micheas, sic inquit, Nunc quare mœrore co traheris, & sic vehementer doles quasi de posueris animū aduentus tui Regis? aut per

MICHEAE CAP. IIII. 123
rierit consiliarius tuus? inique agis si hac de causa doles, cū audias ex me illū certo véturu: quasi dicat: Iste nimius dolor tuus & plāsus videtur ostēdere hac de causate plora re quia Rex non est tibi: Nam tantus dolor & planctus hoc certè videtur indicare: velu si quis fœminę multum lachrymāti ob ré leuem diceret, Quid hoc est quod agis? Est ne maritus tuus mortuus? aut est pater tuus autres charissima amissa? Nam iste dolor & tot lachrymę nō aliud videtur indicare, nisi quod mortuus sit maritus: Cum autem hoc non contigerit, indigne facis cum tales emitas ploratus & sic mœrore cōficiaris. Vt iuraūt scriptura sacra, vt annotatū legimus à D. Chryso. & Euthymio in psal. 7. verbo par triadi ad significados grauissimos dolores.

*Dole & fatage filia Sion quasi partus
riens, quia nunc egredieris de ciuitate
& habitabis in regione, & venies usq;
ad Babylonem, ibi liberaberis, ibi redi
met te Dns de manu inimicoru: tuoru:.*

H ifce quidē verbis videtur confirmari maximē sensus à nobis redditus. Indi

gnum est, quasi dicat, quod hac de causa sit
grauiter dolcas, quia putas Messiam iam no-
venturum, cum ego affirmauerim tibi, illum
ad te primum venturum: Vnde deponeret
oportuisset dolorem, si quem hac de causa
contraxisti. Sed dicam quare tibi grauiter sit
dolendum, quia iam propè est tempus quo
ducenda es in captiuitatem, & quando in
regione aliena est tibi habitadū, venies nāq;
vñq; ad Babylonem: Nam quantum ego ar-
bitror (si mea in hac parte aliquid valet sen-
tentia) de Babylonica captiuitate hie se-
mo prophetē est, quidquid alij sentiat, quo-
rum sententiam in hac parte nō approbo.
Verum hæc captiuitas non erit illa postu-
ma à qua nunquam es liberāda. ibi, inquit,
liberaberis, scilicet tempore Cyri, ibi redi-
met te Dominus, ducendo te ad terram tuā
per Zarobabelem, Esdrām & alios, sicut lib-
t. Esdræ legimus, & sic iuxta litteram esse
intelligendum D. Hieron. placet, nā sensu
alios prudēs prætermitto. Nō enim illos redi-
dere nūc mei muneris esse sum arbitratus.
Et nūc congregata sunt super te gen-
tes multa, quæ dicunt, lapidetur &
aspiciat in Sion oculus noster.

Qui via iam cūm ista asserebat, in foribus
aderat captiuitas dēcem tribuum, & ob-
sistio illa quæ facta est à Senacherib: De quæ
fomentio Isa. 37. & 4. Reg. 17. regnante Eze-
chia, dicit: Et nūc congregatæ sunt gentes
multæ, iamiam congregabuntur (tempus præ-
teritū profuturo, vt mos est prophetis) quæ
blasphemæ & horrenda debachabuntur cō-
trate, dicit: Lapidetur sicut adultera, aspiciat
in illā oculus noster, quicquid in ea pretio-
sum & absconditū reperiatur, & illa quæ gē-
titibūs nō apparebāt. Vel videbit in Sion ocu-
lus noster mala quæ optamus: Simili phrasí
psal. 3. dictū est: Et super inimicos meos de-
spexit oculus meus scilicet mala quæ optabat.
Ipsantes non cognoverunt cogitatio-
nes Domini, & non intellexerunt con-
suum eius, quia congregavit eos quasi
fenum area.

Milites Senacherib non cognoverunt
qua de causa cōs cōgregauerit Dñs
contra Hierusalem, vt illis tanquam flagello
invicti.

ut eretur, & sic suos affligeret, & non intellexerunt consilium Dei: quomodo interdum malis & reprobis ymaginibus tanquam ministris ad faciendum quod ipse vult fieri in suis electis & iustis. De qua re praeclara & multa dixit Theodoretus de curandis Græcorū affectibus lib. 6. de prouidentia: Assur vitgas fuit in manu Domini, & baculus in manu eius ipse fuit. Et sequitur in Esaï. c. 10. Ad gentes fallam mittam illum, ut auferat spolia & dimicet prædam & ponat illum in conculcationem quasi lutum platearum, ipse autem non sicut arbitrabitur, & cor eius non ita existimat, sed ad conterendum erit cor eius. Non intellexerunt Deum tot gentes congregasse, ut sic purgaret suos, & illis suā ostenderet potentiam, sicut & Pharaonē indurasse. Ier. d Ro. 9. ptura ait, ut author est Paul. ut in illo primū ostenderet potentiam suam: Cum, ut constat locis allegatis, una nocte tot hominum milia fuerint desiderata, maximè apparuit diuinā potentia, & quam facile illi sit inimicos suos disperdere, veluti foenū in area. Videntur ergo fuisse congregati, ut simul interficerentur, quod ipsi non cognoverunt, sed potius ad disperdendam & dissipandam regiam

nem

nem illam existimarunt se fuisse congregatis, & ut bonis eius potirentur.

Surge & tritura filia Sion, quia cornu tuum ponam ferreum, & vngulas tuas ponam æreas, & comminues populos multos, & interficies Dño rapinas eorum, & fortitudinem eorum Dominum uniuersa terræ.

Persequens ergo propheta metaphoram qua vsus est, dicens: Congregatae sunt quasi foenum areæ, inquit, surge ergo & tritura, tibi vires concedam quibus nullus resistere possit. Hoc enim per cornu ferreum & vngulas æreas intelligit, & sic subdit: Populos multos comminuit, sicut in area foenum comminuitur. Quæ quidē omnia Iudæi tempore aduentus Messiae esse adimplenda colligunt, atque delirantes affirmant, nationes uniuersas populo Iudaico seruituras, & imperium Romanum suis vngulis conterendum esse, & cornibus suis ventilandū. Quare quū multi ex nostris non viderint, quando tantay virtus & fortitudo ipsis fuerit concessa, ut hoc facere potuerint, nequaquam de Iudeis

Q 5

hoc

hoc esse intelligendū arbitrantur, sed de ecclesia Christi quæ in principio multas passas est persequentes & grauissimos persequentes, sed postea maximā potentia accepit. Constantini tēporibus, ad omnes subiugādā gentes. D. verò Hiero. ad dāemonum cōgationem hāc omnia refert, & quod iam omnia illorum responsa cessauerint. Veruntamen si præclara Iudeorū gesta in memoriā reducamus nostram, quæ ex Babylōne reuersi aduersus gentes gesserūt, facile intelligemus, quomodo hoc fuerit adimpletum. Legimus i. Machabēorum. 3. insurrexisse ad Machabēum, & fortissimū se præbuisse ducem aduersus gētes, &. 2. Machab. 8. At Machabēus, inquit, congregata multitudo intolerabilis gentibus efficiebatur. Iraenī Dñi in misericordiam conuersa est, & superueniens castellis & ciuitatibus improbus, suiscendebat eas, & opportuna loca occupans, nō paucas hostium strages edebat. Vel si potius volumus hoc voluisse prophetam dicere: Nunc prostrata iaces, cum tamen multis gentes aduersuſte venire audis, sed postquam Dñs ostenderit potentiaſuā, cuius rei gratia tot gentes congregauit, surge & tritura, nam

veluti

velutifōenū in area corpora occisorum iacebunt, tūc cōsecrabis Dño rapinas eorū, siue mactabis Dño oues, quas per rapinam consequeris, in gratiarū actionem. Nā semper aliqua prædæ pars Deo cedebat, sicut legimus Iosue 7. & Nume. 31. Et fortitudinem eorum, siue fortes eorū, Dño vniuersē terrę. i. Deo, idest, interficies fortissimos duces, quos aliquādo præcepit Deus trucidari proptereorum crudelitatē, sicut legimus i. Reg. 17. D. aut Hierony. hāc omnia adimplenda esse arbitratur cum plenitudo gentiū intrauerit.

IN MICHEAE. CAP.V.

Nūc vastaberis filia latronis, obsidionem posuerunt super nos, in virga percutient maxillam iudicis Israel.

Aec verba licet in Latinis codicibus capitinis quinti principium sint, & cū verbis quæ consequuntur connectantur, tamen in Hebraica veritate in fine quarti capititis reperiuntur, & cū his quæ antecedunt coniungi videntur, & sic à Pagnino cum verbis superioribus connectun-

conne^ctuntur. Ita vt apud illum caput quin tum incipiat: Et tu Bethleem Ephrata. Et huc cogamur Latinæ vulgatæ æditionis sensum prius aperire, vt morem seruemus nostrum, quem ha^ctenus obseruauimus: Tū in hac parte ordinem inuertemus, atq; eū prius sensum tradere conabimur, quem Hebra verba facere videntur, qui diuersus est à sensu Latinæ æditionis. Posterius vero, quod muneris nostri est, etiam efficere conabimur. Verba autem Hebræa sic habent bath gedud, que sic Pagninus vertit: Nūc mi litabis filia militum. Vatablus autem: Accingere nunc filia latronis. Verbum Hebræum sine controversia imperandi modo possum est, ipso etiam Hieronymo teste, qui in commentarijs sic legit: Vastare siue concidere, at verbum Hebræum hadad, accinctum esse ad prælum significat, & sic doctus inter Hebræos exponit עֲדָד הַגְבּוֹרִים. 717 ge dud hadad ha giborim. Cœtum fortium, at quia latrones turmatim cōgregantur ad prædandum, & quia milites ex præda viuere solent, ideo noster interpres per gedud, latrone vertit, & verbū gadad, vastari siue depreda ri. Accin-

Accingere ergo filia militis, siue latronis propheta dicit, cum paulò ante asservisset: Nūc cōgregatæ sunt contra te gētes multæ, & subiunxisset illos nequaquā intellexisse cogitationes Dei, aut eius consilia, & quare eos cōgregasset vt fœnū in area. Quorū verborū occasione à proposito digrediēs (quod frequentissimū est apud prophetas ut varijs digressionibus, quod maxime est in illiscōsiderādum, & quod apud illos haud mediocritate difficultatem parit) dixit: Cūm ergo veluti fœnum in area habeas illos cōgregatos, surge & tritura, &c. Iam cōuertens sermonē ad illud, vndē antea fuerat digressus, dicit: Accingere, nunc alloquens Hierusalē dixit: Dole & satage filia Sion, quia nūc egredieris deciuitate, & habitabis in regione, & venies usq; ad Babylonem, ibi liberaberis, alloquēs aut ipsam Babylonem dicit: Nunc vastabis ô Babylonia, quam filiam latronis appellat, Quasi dicat, facultatē à Deo cōcessam habes vastandi & deprædandi istā regionem. Nūc viere potestate tibi cōcessa, obſidionē posuerunt super nos, inquit propheta, obſiderunt urbē nostrā Babylonij (erat enim propheta ex tribu Iuda, vt iā diximus) vt titur autem præterito

C O M M E N T A R I A I N

præterito pro futuro more prophetarum. In
virga percutiēt maxillam iudicis Israel, ob-
tinebunt victoriā & optata potentur urbe,
quod indicat hisce verbis. Nam aliás non in
maxilla Principe Israel virga percutere po-
tuissent, quod efficiebatur ignominia causa
& sic cōtingisse legimus 4. Reg. 25. Cūm rex Se-
dechias captus est à Babylonijis, à quibus &
ipse & Principes eius inique sunt tractati.
Scio nō deesse interpretes, qui ad Romanos
sermonē conuertisse prophetā asserāt, & ad
obsidionem illam, quæ per Vespasianum &
Titum facta est, respexisse, & Romā filiam
latronis appellasse. Nā si ad vrbis originem
oculos conuertamus, à latronibus conditam
reperiemus, & filiam militum siue turmarū
appellaram, quia ciuitas illa copia & robore
militum pollebat. quod si cui placet per me
quidem illi licebit. Verū ego non video
quorū propheta ad Romanos sermonem
cōuertat, aut quā connexionē, cūm his qua
antecedūt hic sensus habeat, nisi per Babylo-
niā Romā velim' intelligere. Sicut à D. Petro
factū esse videmus, dicente: Salutant vos qui
sunt in Babylonie. At quod de Babylonijis
loquatur, maxime cum antecedentibus con-

uenire

M I C H E A E C A P . V .

123

uenire videtur, & quia iam prope erat vasta-
tio illa, quæ à Babylonijis facta est, dicit: Nūc,
i. breui, sīc enī legendū est, non tunc, si-
cū in Latinis quibusdā codicibus reperitur.
At secundū nostrā lectionē, Nūc vastaberis
filia latronis: ipsa Hierusalem siue Iudæorū
synagoga, latronis filia appellatur, i. diaboli
semper ad prēdā parati: illis enim à Christo di-
ctum est: Vos ex patre diabolo estis & opera
patris vestri vultis facere. & alibi: Dom⁹ mea
domus orationis vocabitur, vos autē fecistis
cāpeluncā latronū, vel filiā latronis appel-
lavit, quia toties in illos inuectus est, quod ē
rapinis pauperū vivierent, & rapina pauperū
in domo eorū esset, & quod de sanguinibus
adficarent Hierusalē, & sic illis i. cap. Esaias
dixerat. Principes tui fures, socij furū. Et
nūc sensus est: Dixi tibi esse tempus ventu-
rum quo habitura sis cornu ferreum, & vn-
gulas æreas, sed quia tunc hoc futurū est,
quando plenitudo gentium intrauerit, nūc
interim tu vastaberis. Obsidionem posue-
runt super nos. Hac secundum Hieron. ver-
bas sunt patris: Filij, inquit, tui obsidionem
posuerunt super me, & super filium & spiri-
tum meum. An non contumelia trinitatis
est,

Ioan. 8.
Matth. 20.
Esaias. 56.

est quādo in virga & calamo, te faciēte, per-
cussere Romani caput iudicis Israel. Hacil-
le. Rupertus vero sic: Obsidionē posuerunt
super nos: super nos prophetas & sapientes,
& scribas obsidionem posuerunt. i. ex nobis
occiderunt & cruciferunt, & ex nobis se-
gellauerunt in Synagogis suis, & de ciuitate
in ciuitatē persequuti sunt. nam hoc totum
fuit quia sic voluerunt claudere ora nostra,
ne doceremus in nomine Iudicis Israel, cum
maxillam in virga percusserunt. i. in arundi-
dine qua percutiebant eum spinis coronati
Hec ille. Et certè hic sensus maximè videtur
conuenire. Nam sic vtriusq; deuastationis
Hierosolymitanæ vrbis causam assignat, &
eius quę facta est à Romanis, & alterius quę
facta est à Babylonijs, nunc, inquit, vastabe-
ris Hierusalem propterea quia nos audire
renuisti, propterea quod nos obsidione cin-
ixeris, iniquę tractaueris, os obstruxeris, ne
doceremus te quę recta sunt, & quę ad pa-
cem tibi: & hac de causa & à Babylonijs & à
Romanis vastaberis, eo quod virga percusse-
ris faciem iudicis Israel. i. Christi qui perex-
cellentiam iudex & dominator Israel nomi-
natur, & cui pater omne iudicium con-
stitut atq;

culit atq; istos hoc fecisse in euangelio aper-
tū cōstat. Sic Lucæ 22. dicitur: Viri autem ihu-
lēbant ei cedentes eum & Ioan. 18. & 19.
Alapa à ministro percussus est.
*Et tu Bethleem Ephrata parvulus es
in milibus Iuda, ex te mihi egredietur
qui sit dominator in Israel.*

A Bistis verbis initiuū sumere caput quin-
tum apud Hebræos paulò ante anno
tauiimus. Verū quorsum propheta hæc ver-
ba quibus locum nativitatis Messiae expli-
cat (quod à nemine litteris fuisse mādatum
aut sic clare explicatū in principio diximus)
protulerit, facile erit iudicare, si vt frequen-
ter admonuimus, iterum non grauemur re-
petere: Solere prophetas postquā triste ali-
quid & calamitatis plenum populo propo-
suerint, statim animos lenire & in spē erige-
re aliqua lēta annuntiatione eorum quę ad
Messiā, quem tam anxiè desiderabant, expe-
ctarent. Cū ergo post fœlicissima illa & illu-
stria maximè, quę in principio capit is quar-
tide regno Messiae proposuit, cōuertens iti-
lum ad illa quę paulò pōst sua tempora Iu-
deis, quibus loquebatur, erat vētura radixisset;

Dole & fatage filia Sion quasi parturiēs, quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, &c. addit more suo solatium, dicēdo. Et tu Bethleem Ephrata. atq; tam aperte ciuitatis Messiae locum assignauit, vt à nullo vñquam de hac re fuerit addubitatū. Et he Paraphrastes Chaldeus interpretatus est: Par uula non es ô Bethleem, quia ex te egreditur Messias: & sic cum nato Christo Redemptore nostro, ab oriēte Magi venientes rogassent: Vbi est qui natus est Rex Iudeorū? Herodes congregatis principibus sacerdotū & scribis, sciscitatus est ab eis vbi Christus nasceretur. Qui quām primum respondentes id quod in ore omnium versabatur dixerūt: In Bethleem Iudæ, sic enim scriptum est per prophetam: Ettu Bethleem terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda. Exte enim exiet dux qui regat populū meū Israel. Quod vero in hoc loco haud mediocrem ingerit difficultatem, illud in primis est, quod D. Hieronymus nostri propheta verba explicans, annotatum reliquit: Verba, dicens, adducta ab euangelista Mattheo, neq; cum Hebraico, neque cum Lxx. interpretibus conuenire: & arbitror, inquit, Mat-

theum violentem arguere scribarum & sacerdotum erga diuinæ scripturæ lectionem negligientiam, sic etiam posuisse, vt ab eisdicturn est. Sunt autem qui afferant in omnibus penè testimonijs quæ de veteri testamento sumuntur, istiusmodi errorē esse, vt aut ordo mutetur, aut verba, & interdum sensus quoq; ipse diuersus sit, vel apostolis vel euangelistis non ex libro carpentibus testimonia, sed memoriæ credentibus, quæ nonnunquā fallitur. Hæc ille. Verum cum primum quod à Hieronymo dictum est nulla probabili conjectura probari possit, minime difficultati satisfacere, mea sententia, videtur: Secundum autem quod addit ex propria sententia dixisse, nunquam adduci potero, vt de viro sanctissimo, pariterque eruditissimo credamus. Sed lex commentariorum est nobis ad memoriam reuocanda, quam ipse contra Rufinum scribés afferuit, & sic quæ ab alijs tradita reperit in mediū protulit: quod in hoc loco sic clare indicasse videtur, vt ex verbis eius nullus patrociniū sumere possit, dices: Sunt autē qui afferat: vnde illorū impudenteria haud difīsimulare possum, qui clarissimū

authorem & ecclesiaz lumen fugillat, & huc illum affirmasse errorem audeant asserere. Notatur quidem Erasmus de hac re in annotationibus super secundū caput Matthæi & super 27. & supra primū cap. Marci. Qui la plūm memoriaz in euāgelistis ausus est comedere, licet nimiū lubrice loquatur, vt dī more habet: sed qua ratione in aliquo loco lapsum concedit, eadē ratione in alijs, atq; alijs lapsum concedere poterit, quo vno argumento August. de consensu euāgelistarum lib. 2. cap. 12. satis ostensum esse credi. Prophetarum & apostolorum scripta nullā omnino habere fālūtatem, non solum eam quā mentiendo promittur, sed nec eā quidem quē obliuiscendo, colligitur ergo neutram responcionem Hieron. nodum explicasse, & sane quod nec cū Hebraico, nec cū Lxx. interpretibus verba Matthæi conuident nihil mirum esse deberet, cū sāpius ab euāgelistis & ab spiritu sancto authore scripturarum, hoc factum esse reperiamus, cum de sensu solliciti parum curasse videtur verba quā à prophetis sunt dicta, vt annotatuthymius Matthæi 3. & Hieron. Esaiæ 7. & ad Ephes. 2. Sed idē Hieronymus in epistola ad

Pamachium

Pamachium de optimo genere interpretandi, adhuc rem vrget, atq; affirmat, non solū euangelistā sensum nō reddidisse, sed quod amplius est, reddidisse prorsus contrarium. Euangelista dicit, quod non sit paruulus in ducib⁹ Iuda, cum ē regione sit positum Paruulus quidem es & modicus, sed tamen de re paruulo & modico egredietur mihi dux in Israel, tū pro terra Iuda in Hebrēo habetur Ephrata. In Lxx: Domus ephrata. Ecce ergo, quam paruulam & modicam propheta appellat, euangelista paruulam & vilem esse negat: Nequaquā inquit, paruula es. Et in Codice Hebrēo Matthæi (nisi liberille sit suppositius quod magis approbo) habetur negotio יְעַמֵּךְ Lozair, Cum apud prophetā non sit: neq; cum Lxx interpretum translatione cōcordet, sic ille: Ettu Bethleē domus Ephrata minima es vt sis in millibus Iuda, ex te enim mihi egredietur vt sit Princeps Israëlis, à quibus textus Matthæi Græcus longē dissidet, & verba prophetæ sic explicat Hierony. & tu Bethleē, id est, domus panis quā vocaris Ephrata minima quidem es in ciuitatibus Iuda, & tantis millibus compatta vix paruus viculus, sed ex hoc paruo

R 3

viculo

viculo egredietur Christus, qui est dominus tor in Israel. Verum mea sententia insulsus fatis hic esset laudadi modus (pace dixerim tanti authoris) nec vñquam aliquem legimus sic laudasse, vilis & abiectus, & nullus mometi vir es, sed ex te procedet aliquis magnus dux. Cum ergo in hoc explicando modo eruditissimorum omnium eruditissimus Hiero. multis defecis videatur, conati sunt viri docti ingenij sui fimbrias dilatare, & demonstrare nequaquam euangelistam in sensu dissonare à verbis prophetæ, & varijs quidem varias de hac re afferunt coniecturas. Erasmus in annotationibus Matt. sicut Dicamus subito in medio sermone personam commutatam, quod aliás quoque factum animaduertimus in sacris litteris. Imagine murq; prophetæ verba sic recitari ab euangelista, vt de suo nonnihil admisceat, quod tamen nequaquam aduersetur sensui prophetæ. Siquidem cum propheta sentiret antea Bethleem humilem, contemptamq; fuisse præ ceteris Iudeæ ciuitatibus, tamen futurum vt eiusmodi partu edito, supereret omnes felicitate, celebritateq;. Quod à prophetâ dictum erat, tacuit euangelista, quod sen-

sitex.

st explicuit, nō ad id tempus respiciēs, quo hęc scripsit propheta, sed ad sua tempora, quibus edito Ielū , desit esse minima Bethleem, ac maxima cœpit esse, perinde quasi dixisset, quod olim predictum est à vates, fore, vt ex omnium minima fieres omnium maxima, id iam contigit. Hęc ille. Verum huiusmodi personarū mutatio alijs nō multū placet, non tamen quicquam sensu pugnare euangelistam & prophetam, sed maximè consentire docent, si prophetæ verba per interrogationem legantur. Erit enim prophetæ mens: Quid tu Bethleem exiguus es? non es certè, quippè ex quo prodibit princeps recturus populum meum Israel. Hoc dictum, inquiunt, per interrogationem maiorem habet vim, & propheticis illis ardentibus affectibus congruentior quam si simpliciter diceretur. Quod schema prophetis est haud sane inusitatum, sed ab euangelista narrante omittenda fuit figura, & sensus tantum reddendus nudus ac simplex, vnde qui sic hunc locum enarrant, vim mihi videntur afferre scripturæ sacræ. Et si hoc passim liceret, quamplurima scripturarum loca ad alios

& alios sensus possemus detorquere. Vnde alij nullam discordiam esse sic colligunt: Prophetam aiunt, paruulam appellare Bethleem quantitate murorum & turriū & spatiij. Euangelistam autem nequaquam minimam esse affirmare, sed maximam quantitate famae, & celebritatis, quod explicare videtur cū subdit. Ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel. Alij vero posteriorem partem aduersariū sumendam esse volunt, & ad hunc sensum allusisse Hiero. existimant, sed cū hoc sit aliquid addere verbis prophetæ, minus licere arbitror. Alij etiam, inter quos Ruper tus Abbas, dicunt prophetam voluisse dicere Bethleem paruam in oculis hominum esse: euangelistam vero nequaquam esse paruam in oculis Dei. Sed illorum sententia mihi semper visa est commodior, & quæ difficultatem hanc euacuare videatur, qui afferunt, eundem sensum facere euangelistæ verba, quæ intendebat propheta, & certe in hac re maior est habenda fides euāgelistæ, quam cuicunq; alteri, quantacunq; scientia & sanctitate polleat. Illud tamē est aduertendū, in Latina æditione nostra, nō ita clare sensum prophetæ sive redditum, vt à Septuaginta

viris estraditus, quoru translatio sic habet: οὐδέποτε τοῦ βαθύτερου τοῦ ἐνφρεστού ἐλιγοσός εἰς τοῦ πατέρων χειρὸν εἰσῆλθεν εἰς τοῦ πατέρων εἴσησιν εἰς αὐχενάτα οὐ πέρισσα. Et tu domus Bethleem Ephrata, pa- rum est ut sis inter Myriadas Iuda, ex te mihi proditurus est quem Principem constituam in Israel, & sic quod Lxx dixerunt, parum est ut sis: Matthæus dixit, nequaquam es minima, qui sensus prorsus est idem. Defectus autem (si quis est in Latina æditione Micheæ) inde prodijt: Nā vbi modò legimus, paruu- lus in genere masculino, in Hebræo habetur zair, & erat transferendum per genus neutrū. Cum enim Hebræi genere neutro careant, vtūtur masculino aut foeminino pro neutro, quod docuit Hiero. Eccles. 7. & ita vbinos le- gimus, Gene. 2. Non est bonum hominē esse solum, si ad verbum vertas, sic habet: Nō est bonus hominē esse solum, sic ergo hic zair per genus neutrum erat vertendū, & sic sensus esset. Et tu Bethleem Ephrata, minimum esset esse inter millia Iuda, ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel; & sic sensus prophetæ fuit, tātum abest, vt tu Bethleem sis minima, vt in hoc regias ciuitates, & illas quæ gloriantur ex natalibus Principum su-

C O M M E N T A R I A I N

peres. Et ad istum modum intelligemus similem Hebraismum apud Matthēum c. 5. vbi Christus dixit: Qui fregerit vnū de mādatis istis minimis minim⁹ vocabitur in regno celorū: phrasí quippe Hebr̄a & valde familia verbo, vocabitur, vsus est, p erit. Sicut Esai. 7. vocabitur Emanuel. i. erit nobiscum Deus, nūquā em̄ legimus, q̄ eo nomine fuerit vocatus. Sicut annotauit Chrysost. ibi, & Orig. homilia 2. in Ezechielē, & Tertullianus aduersus Iudæos, & Lactantius lib. 4. cap. 12. At cum ille qui mandatum fregerit non pertineat ad regnum cælorum, dixit tamen, minimus erit in regno cælorum, quasi velit indicare, quod licet minimus tamē aliquis erit, quod neutiquam cōtinget. Sic ergo intelligendū existimo, vt minimus, p neutro genere Hebræorū more positus sit, & sic sensus clarus est, qui fregerit vnū de mādatis istis minimis minimum erit in regno cælorū, sive minime erit in regno cælorū, vel, clarus vt dicamus, non erit illi locus in regno cælorum. Verū si quis obijciat, euangelistam multa addidisse verbis prophetæ, nempe terram Iuda, & nequaquam, & populum meum, quod contra præceptum Dei esse videtur,

M I C H E A E C A P . V .

134.

videtur Deut. 4. & 12. vbi præcipitur nihil esse addendum, aut demendum ex verbis scripture sacre: Illi respondebimus, interpretandi gratia aliquid addere, nunquam scripturam damnasse, neque illis locis, aut alijs sūisse prohibitum. Nam simile fecisse legitimus Christum redemptorem nostrū Matth. 16. & Marc. 10. quando adducens locum ex Gene. 2. dixit, Et erunt duo in carne vna. cū in originali legamus, & erunt in carne vna. Et sic legit Paulus, magistrum imitatus suum i. Corinth. 6. & ad Ephes. 5. & idem etiam factū legimus à Luca c. 10. addidit em̄: Diliges D̄eum ex tota mente tua, quod non habetur Deut. 6. Quòd si Iudæus aliquis nimium certi literæ suæ addicetus, etiā Christo hoc nō licuisse affirmet, ostendemus illi, & Oſteam prophetam hoc antea fecisse cap. 12. qui cum historiam illam referret quæ Gene. 32. habetur, quando Iacob cum angelo est luctans, inquit, Et inualuit ad angelum & confortatus est, fleuit & rogauit eum. Cum in Genesi non habeatur illud, quod additum est à propheta, fleuit, sed id Hebraico contextui addidit, alicuius rei gratia interpretandæ. Simile etiam legimus apud eundem cap. 13.

cap.13.adducens locum i.Reg.8.dicit:Domihi regem & principes,cum tamen in origina- li non legamus,illud quod additum est,D*m* mihi principes:simile etiam Dauide fecisse annotat Euthymius in psal. 77. explicās verba illa,Fecit mirabilia in terra Aegypti,in cāpo Thaneos,additum est à Dauide illud in campo Thaneos,& explicās verba eiusdem psal.Et tentauerunt Deum in cordibus suis,vt peterent escas animabus suis,dicit multa quæ dicuntur à Dauide,nusquam à Moysi fuisse scripta,quòd etiam dixerat August.in psal.105. Hac ergo iam discussa difficultate,quæ viros doctos hactenus torsit,ad verbā singula explicanda accedamus.Et tu Bethleem,ciuitatem hanc alio nomine dictā fuisse Ephrata,ex lib.Gene.cap.35.colligitur,vbi dicitur:Mortua est Rachel,& sepulta in via Ephrata,hæc est Bethleem.Cùm autem ex vrbibus esset tribus Iudæ,ab euangelista dictum est,Et tu Bethleem terra Iuda,ad distinctionem alterius Bethleem Galileæ,in tribu Zabulon,de qua mentio fit Iosuæ 19.Et de hac Bethleem Iuda,etiam mentio fit Iudicij 19.& hanc alloquēs propheta,inquit,tu quidem inter illas quæ ex natalibus principum glorianter,

glorianter tantum caput extolles,quantum lenta solēt inter viburna cupresi,in te nascetur qui sit dominator in Israel.i.Messias.De hoc Esa.9. dictum est super solū David & super sedem eius sedebit,& Luc. i. ab an gelo beatissimæ virginis dictum est:Et regnabit in domo Iacob in æternum,& de hoc Osea 3.dicitur:Seruient David Regi suo. atq; alia sunt testimonia quæ libens prætermic-to,quæ apertè eum dominaturum in Israel esse afferant: subdit, Et egressus eius à diebus æternitatis,quasi dicat,licet in tempore secundum naturam assumptam in Bethleem nascetur ,tamen ne quis hunc principē tan-tum esse hominē existimare possit,aut tum primū esse incepisse,subiungit propheta: Et egressus ei⁹, siue vt in Hebraeo habetur in nu-mero plurali,egressiones ei⁹)dixit aut̄ eges-siones quia semper à patre iugi processione & emanatione procedit) ab initio à diebus æternitatis. Erit igitur verus Deus,ab æter-no à patre procedens,In principio erat ver-bum,& verbū erat apud Deum,& Deus erat verbum,hoc erat in principio apud Deū. Et sic etiam in psal.109.iuxta Lxx interpretum translationē,ex vetero ante luciferū genui te.

Vnde

vnde iuxta hanc prophetæ phrasim, Christus dixit: Exiui à patre, & veni in mundum. Et de æterna sapientia, Prove. 5. dicitur: Nō dum erant abyssi & ego iam cōcepta eram ante omnes colles ego parturiebar. Et Eccl. 24. Ego ex ore Altissimi prodiui, primo genita ante omnem creaturā. Ex quibus verbis Rabenos Hacados Deum & hominem futurum fuisse Christū docet in lib. Gale razeya petitione. 7. Quia due, inquit, sūt eges siones, altera diuinitatis, quæ est æterna, ideo dicit ab æternitate: altera humanitatis, qua in suæ matris substantia extat. Quæ verbaverēt intelligantur, legendus est Galatinus lib. 7. cap. 1. & 3. idem ex his verbis probat Euseb. Cæsar. lib. 7. de demonstratio. euangel. c. 2. demonstratione. 4. & Cyrill. in homil. quadam contra Nestorium, & lib. 2. de Trinit. & D. Chrysost. in lib. quod Christus sit Deus. Hisce verbis, inquit, diuinitatē & humanitatē indicat, nā dum dicit: Et exitus eius ab initio, & à diebus seculi, substantiā declaravit quæ ante secula fuit: Cūm aut̄ dicit: Egredietur dux qui regat populu[m] meū Israel, natiuitatem secundum carnē docet, & idem afferit in psal. 44.

Propter

Propter hoc dabit eos vſq; ad tēpus in quo parturiens pariet, & reliquia frātrum eius cōvertentur ad filios Israel.

Rimum id leuius est quā vt annotatio ne indigeret, sed ne quis nostrorum auditorum, quibus hoc dedidimus opus, occasionem habeat aberrādi, annotare visum est particulam illam, propter, in hoc loco positam, nō causam denotare sed deductionem, quasi dicat: Itaq; dabit eos vſq; ad tempus, acet ab æterno genitus Deus esset à patre, tam in tēpore nascetur in Bethleē, Iud. 9 ex Iudeis, ex semine David secundū carnē: & inde factū est vt in facie percusserint eum, & cruci affixerint, & vt nō qualecunq; sed grauissimū cōmeriti sint suppliciū percussores, & vt statim dignis pœnis afficerentur. Verum cū humanā naturā ex his assūplerit, pro sua erga eos humanitate, atq; amore permittet ad tēp[er] viuere omni quidē vita indignos, vt vel sic pœnitentię atq; resipiscēdi tēpus cōcedat, nec statim sumet condignā vltionē, sed differt vſq; ad 40. annos post mortē suā, vſq; ad tēpus in quo parturiens pariat, vſq; ad tēpora Titi & Vespasiani, vſq; ad tēpus, inq[ue], in quo sufficienter

sufficienter sit promulgatum euāgeliū, & ecclesia , quæ tunc cum tantis doloribus & afflictionibus, & persequutionibus, veluti parturiens fatagebat sibi parere filios, illos pariat: distulit suppliciū lumere, vt cum honore Synagoga sepeliretur : non statim perdidit, quia illis primum prædicandum erat euangelium, sicut à Paulo dictum legimus auctorum 13. Vobis quidem oportebat primum prædicari verbū Dei, sed quia indignos vos reddidistis, cōuertimur ad gētes: Et reliquiae fratrum eius conuertentur ad filios Israel. Iudeos ipsos eius fratres appellat. Nam vt docet Paulus ad Hebræos 2. non confunditur eos appellare fratres, dicens : Narrabo

Id Rō. 9. nomen tuum fratribus meis : ex quibus Christus secundum carnem. Permittet illos viuere usq; ad tempus quo reliquiae Iudaorum, de quibus Paul. ad Rom. II. dixit, Reliquiae secundum electionem gratiæ saluae sunt, conuertantur ad filios Israel. i. ad apostolos, & viros Israelitas secundum promissionem. Sunt enim in dupli differencia filij Israel: Alij secundum carnem descendentes ab Israele, alij autem secundum promissionem, & fidei imitationem Israelites dicuntur

dicuntur, vt toties ad Romanos scribēs discernit Paulus , & hic à propheta aperte tale inter illos discrimen constituitur, cum fratres Christi secundum carnē, conuertendos afferat ad filios Israel secundum promissio nem. Tum aliud insinuat, quod s̄aepius diximus, non omnes sed paucos ex Iudeis cōuertēdos esse ad prædicationem euangeliū, nam dicit reliquias solum conuertēdas, quod sic cōtigisse in diuinis scripturis planè legimus. D. Hieron. per parturientem, gentilitatē intelligit: Permittet, inquit, regnare Iudeos, quousq; impleatur illud quod ab Esaia dictum legimus, cap. 54. Lætare sterilis quæ nō paris, erumpere & clama quæ nō parturis, quoniam multæ filiæ desertæ magis, quam eius quæ habet virum. Et quod de reliquijs conuertendis hic afferitur, ad tempus Heliæ refert, quando veniens Helias conuertet cor da patrum ad filios, & cor filiorum ad patres & nouissimus populus iūgetur antiquo. Libet etiam & aliam eius explicationem adducere in loco satis difficulti, & in quo verba adeò ambigua reperiuntur, ne quidpiam prætermissee videamur, volumus potius sermonis prolixii accusari vitio, quā tanti do-

Sutoris &

doctoris & subtilissimi interpretis aliquid
omittere. Dabit eos vsq; ad tempus. i. permit-
tet Iudæos & tēplū & ciuitatem vsq; ad illud
tempus quo virgo pariet, & puer ille nasca-
tur in Bethlēē, Nā postquā paruulus accepe-
rit spolia Samariæ, & Damasci, reliquiæ Is-
raël saluabuntur, & fratres Christi. i. aposto-
li conuertentur ad prophetarum & patriar-
charum fidē, qui venturum Christum annū-
ciarunt, & complebitur illud psal. 44. Propa-
tribus nati sunt tibi filij. Quę explicatio de-
sumpta est ex Rabeno Hacados in epistola
secretorū petitione 3. Et Euse. docet lib. 7. de
demonst. cap. 2. per parientem hic intelligi
eā quę in alijs oraculis virgo nominata est,
& prophetica mulier, quę ipsum Emanuel
& magni consilij angelum erat paritura. Nā
vsq; ad huiuscē tempora eiusq; qui de ipsa
erat oriturus quę ad priorem populū perti-
nent steterunt, quippè cū Iudeis pr̄scriptio
tēporis data esset vsq; ad tempus parientis,
hoc est, vsq; ad mirabile ortum eius qui de
virgine naſceretur, post quę sublatum est
ipsorū regnū. Qui vero reliquię fratrū ipso-
rū dicuntur hi sunt accipiēdi qui in Christū
Dei crediderūt, apostoli & euāgelistę ſalu-
toris nostri

toris nostri quos cōuersos ipfe Dñs pascere
dicitur, nō sicut prius per angelos ac per ad-
ministros homines, sed ipfe per ſeipſum, vi-
que adeò vt propter hoc magnificari eos cō-
tigerit vsq; ad extreum terræ.

*Et stabit eis pascet in fortitudine Do-
mini, in sublimitate nominis Dei ſui,
et conuertentur, quia nunc magnifica-
bitur vsq; ad terminos terra.*

Ioan. 10:1
Esa. 40:
Hic puer, qui in Bethleem naſcetur, cu-
ius maxillā percutterūt aduersarij, &
quē occiderūt, stabit postquā à mortuis re-
ſurrexerit. i. perpetuo in ecclesia regnabit,
ſtabit à dexteris virtutis Dei, ſicut ab Stepha-
no Act. 7. viſus est. Et pascet ſuos, Nā ipfe hoc
fatetur de ſe dicēs, Ego sum paſtor bon⁹. &a-
libi: Veluti paſtor gregē ſuū pасcet, in bra-
chio ſuo cōgregabit agnos, & in ſinu ſuo leua-
bit foetas. Et paſcet in fortitudine Dñi. nō ar-
morū vi, aut militū robore, ſed in fortitudi-
ne Dñi. i. veluti fortis De⁹, nemo rapiet eas de
manu eius, & nō ſolū in fortitudine admirabi-
li paſcet, ſed in sublimitate nominis Dei
ſui, Nā patrē Deū ſuū appellat, ppter naturā
S 2 humanam

humanam quam sumpsit, sic de se ipso lo-
quens Ioan.20.dicebat: Ascendo ad patrem
meum & patrem vestrum, Deum meum &
Deum vestrum,sic Paul.in 2.Corint.i. Deus
& pater Domini nostri Iesu Christi: & fre-
quenter scriptura tali loquendi phrasim vtitur.
Quid autem per nomen Dei sui intelligat,
aut quod sit illud nomen in cuius sublimi-
tate suos pascet , animaduersione dignum
esse videtur,nomen enim Domini scriptura
frequenter ipsum Deum intelligit, vt anno-
tatum legimus à Rabbi Dauid kimhi,super
psal.8.cū tractat illa verba, **Quam admirabi-**
le est nomē tuum.i. quam admirabilis es tu,
& iuxta istā phrasim,sæpius in psalmis dici-
tur, **Sit nomē Domini benedictum** i. sit ipse
Dominus benedictus , & ad istum modum
intelligere possumus illud quod à beatissi-
ma Virgine dictum legimus Lucæ 2. Quia se-
cit mihi magna qui potens est,& sanctū no-
men eius .i.ipse:&,sanctificetur nomē tuū.i.
sanctificeris tu.ita & hic, Pascet,inquit, suos
veluti fortis Dominus & sublimis Deus;
sumitur interdum nomen pro maiestate,
potentia & virtute, & sic Esaïæ 2. dictum le-
gimus: **Nomē Dei de longinqua veniet.** Et

Exodi 15. Omnipotens nomen eius .i. eius po-
tentia & virtus est omnipotens.& psalm.53.
Deus in nomine tuo saluū me fac.i. tua vtēs
potentia & virtute me salua, quod statim ex-
plicuit dicens,Et in virtute tua iudica me, vt
quod per priorem versus partem obscurè
dixerat, per sequentē clarè explicaret, sicut
Dauidem sæpius facere experimur. & Mar-
ci vltimo : In nomine meo dēmonia ejiciēt,
i. mea virtute & potētia, & ita hic dicit:Pas-
cet suos in sublimi potentia Dei sui: verum
quia etiam frequenter nomen Dei gloriā &
laudē significat,sicut colligi videtur ex ver-
bis psal.31.Propter nomē tuum deduces me,
& enutries me .i. vt indē tu gloria afficiaris,
& immortalis laus tibi cōcilietur. & clarius
psal.101.Vt annuncient in Sion nomen Dñi,
& laudem eius in Hierusalē.explicat Dauid
quid nomine Domini intellexisset, est nan-
que veluti expositio prioris dicti,& laudem
eius in Hierusalē. & psal.48.Exaltatū est no-
mē eius solius.i.gloria & laus eius , sed aper-
tius Ezech.36.Non propter vos ego faciam
dicit Dominus, sed propter nomen sanctum
meum, quod polluistis in gentibus ad quas
intrafistis . Et sanctificabo nomē meū magnū

COMMENTARIA IN

quod polluistis. Hoc, inquit, faciam propter gloriam meam: quam vos polluistis illam. ego sanctam, puram & incorruptam reddam & Esai. 48. Propter nomen meum longè faciam furorē meū. Propter me, propter mea facia, ut nō blasphemem, sic enim se ipse explicuit subdēs: Gloriā meam alteri nō dabo, & ita quidē optimē explicari hic locus potest. Pascet in fortitudine Domini & sublimigloria & laude Dei sui. Hoc maximē satagebat Christus patris clarificare nomen, gloriosum, atque sublime illud reddere, Pater clarificauit nomen tuum in terris, Ioan. 17. Pascet ergo eos per maxima miracula, & admiranda opera quæ operabitur, de quibus ipse dicebat Ioan. 5. Opera quæ ego facio testimoniū perhibet de me, & Ioan. 10. Operibus credite, & Paul. affirmat ad Rom. 1. iuxta Gr̄ecorū expositionē, Xpum demōstrasse ac declarasse se esse filiū Dei, per admiranda opera quæ fecit. Pascet ergo eos sicut fortis Deus, habens nomen sublime, quod est super omne nomen: pascet autē non solū egregia quadam & admirabili doctrina, verū cālesti etiā & supersubstātiali pane, sacratissimo ipsius corpore & sanguine, de quo pauperes edent

MICHEAE CAP. V.

146

res edent & saturabuntur: sed possumus etiā de parturiente ecclesia hæc verba intelligere, quæ, inquit, stabit firma, & aduersus quā porta inferi non præualebit, & pascet filios suos in fortitudine Domini, nō in persuasione verborū humānæ sapientiæ, sed in virtute Dei: fortissimis innititur fundamētis: fundata enim est supra fundamentum prophetarū & apostolorū: Fundamēta eius in montibus sanctis, & pascet eos in magnificētia, & sublimitate nominis Iesu, quo nomine tā illustria & admiranda operatos fuisse apostolos legim⁹, & prædicatores verbi Dei, & tāta erit ecclesiæ fortitudo, & sublimitas gloriæ Dei sui, vt cōuertatur maxima gētiliū pars. Quia nunc magnificabitur vsq; ad terminos terrę, i. breui magnificabitur, fimbriasq; dilatabit suas ad oēs partesmūdi. Quia in omnē Psalm. 18. terrā exiuit son⁹ eorū, & in fines orbis terrę Psalm. 71. verba eorū. corā illo p̄cident Aethiopes, & inimici eius terram lingēt, Dñiabitur à mari vsq; ad mare, & vsq; ad oēsterminos terrę, & sic psa. 2. dictū est: Dabo tibi gētes hereditatē tuā, & possessionē tuā terminos terrę, Esa. 24. A finib⁹ terrę audiuimus laudes nominis eius psal. 21. adorabunt in cōspectu eius vniuersitatem familie

Ad Phil. 2.

S 4.

familiæ gétium, & sic suis dixit Christus: Eratis mihi testes in Hierusalem & Samaria vsq; ad fines terræ Actor.i.

Eterit iste pax: Assyrius quum venerit in terram nostram, & quando calauerit in domibus nostris.

Hic, inquit, puer qui nascetur erit pax, sicut dixerat cap. 4. quasi respōdeat prophetā obiectioni, qua dicere posset quis, quomodo fieri poterit, vt inter tāvarias dif. sitasq; nationes conueniat, concordiaq; seruetur? Respondet, erit iste pax. In codicibus Latinis dupliciter ista litera legitur, & licet vtraque lectio eundem sensum referre videatur, tamen aliquo modo diuersus rediditur. Quidam sic legunt, Erit iste pax Assyrijs, & sic Pagninus transtulit, & sensus erit, vt nomine Assyriorū intelligamus gentes omnes, erit gentibus hic puer pax, & pacis causa, & hoc nō statim, nam prius veniet Senacherib Assyriorū rex in terram nostrā, & prius calcabit in domibus nostris. Ne illi existimarent hoc statim futurum, & sic non euētum, quod prius affirmauerat, hoc, inquit, fiet postquam venerit Senacherib, & decem

decem tribus ductæ fuerint in captiuitatem ab Assyrijs, & duæ à Babylonij, & postea ille puer qui nascetur in Bethleem, erit Assyrijs pax, & omnes recōciliabit patri. vel erit ille puer pax Assyrijs, quādō? quum venerit in terram nostram, & calcauerit in domibus nostris. i. cum factus fuerit homo, cūm ea fecerit quæ alij homines facere cōsueuere erit gentibus summa pax, non leuabit gens contragentem gladium, & quia tunc potentissimi intergentes Assyrij erāt, inde eos pro cunctis gentibus nominauit, Euangelizauit pacē & his qui prope, & his etiā qui longe erāt. Si autem sic legimus, Et erit iste pax, ibi dispendo literam Assyrius cum venerit, tūc sensus est, puer iste pax erit post Assyriorum aduētum in terram nostram. Sic enim Euseb. contendit esse explicandum lib. 7. de demōstra. cap. 2. D. autem Hiero per Assyrium démonem intelligit, & cum hunc locum iuxta allegoriam interpretetur (quem sensum modō non quærimus cū sensus literalis pateat) apud illum diligens lector, & cui ista placet reperiet.

Et suscitabimus super eum septē portantes

s 5 stores

Ad Eph. 2.

storeret octo primates homines, & pastores eam terram Assur in gladio, & terram Nemrod in lanceis eius, & liberabunt ab Assur cum venerit in terram nostram, & cum calauerit in finibus nostris.

Non satis constare potest, quid per septem pastores, & octo primates homines noster propheta voluerit intelligere, D. Hiero. vir multis litteris magnaq; sciētia præditus, cùm varias huius loci translationes, summa diligentia proposuisset (quasi libens prætermitto, Cum omnes eundem sermē sensum referre videantur) Persistens adhuc in assumpta allegoria, verba esse putat totius Trinitatis, cum dicat, Suscitabimus, sicut in Gen. dictū est : Faciamus hominem ad imaginem nostram: & alibi, Descendamus & confundamus labia ipsorum. & in principio Abdiæ, Surgite & ascendamus aduersus eam in p̄elio. Per septem autem pastores, intelligit omnes patriarchas & prophetas, & sanctos viros, qui hebdomadi. i.e. veteri servierunt testamento. Perocto autem morsus,

sive

sive octo primates homines, vniuersos noui testamenti, qui ab apostolis vñq; ad hanc etatem momorderunt Assyrium. i.dæmonem, & eum suis dentibus lacerarunt, ad septenarium & octonarium numerum referens allegoriam. At Rupertus Abbas, vir mea sententia doctus, per septem pastores Abelē, Abrahamū, Isaac & Iacob, Ioseph, Moyse & David intelligit, quos omnes constat fuisse pastores, per octo autem primates homines, Iudices qui fuerūt in illo populo, quos omnes suscitados esse ait in Christo, quia omnes illi typum & figuram huius pueri gesserunt, & isti primates homines paſcent in gladio terram Assur, hoc est, verbo prædicationis euāgelij. Est enim sermo Dei gladius utrinque acutus, vt docet Paulus, & etiam paſcent terram Nemrod in lanceis suis, & liberabit Christus à dæmons, cū venerit ad oppugnandum carnē nostrā, & cum expugnauerit ecclesiā. Hęc ille. Sed quia solliciti viri sancti videtur in loco obscuro sensum mysticū reddere, & literæ obliuisci, non grauabor in re difficulte plane quid ego sentiam (absit inuidia verbo) pponere, & sensu literalē pphete (ni fallor) explicare. Cū dixisset ppheta, puerū illū qui nasciturus

nasciturus erat in Bethleem, futurum esse pacem, & pacis authorem, ne quis arbitraretur illud continuo futurum, dixit: Hoc fiet cum venerit Assyrius in terram nostrā, prius hoc continget, imò prius etiam duæ tribus à Babylonij in captiuitatem ducentur. Tunc postquam ista contigerint, suscitabimus super regem Assyriorum, qui tanta modo potentia præditus est, ut terram nostram calcare possit, & domos fermè nostras omnes diripere, quamplurimos aduersarios, hoc per septem & octo intellexisse arbitror, qui maxima vi armorum deuastent in gladijs & lanceis Assyriam & Babyloniam, quæ regna magna semper negotia facerent populo Israelitico, & à quibus tam multa semper passus est incommoda: nisi per septem pastores intelligere velimus septem duces Medorum atque Persarum, quorum cōfilio eorum reges cuncta gerebant, qui soli facie regis videbant, & primi post eum sedebant, sicut in lib. Hester cōstat: Hos, inquit, suscitabimus, ut regem Medorum atq; Persarū concident contra regē Chaldæorū. Octo aut̄ pri mates sunt principes ac duces alij, qui exercitum ducebāt: Isti, inquit, pascent in gladio Assyrios

Affyrios, siue vt planius Vatablus, deuastabunt in gladio Assyrios, & in lanceis siue sagittis Babyloniorū regnū, in quo primū regnauit Nemrod. Gen. 10. Nā modo subdit, Liberabit nos, scilicet Iudeos, ab Assur, cùm ipse modovenerit in terrā nostrā, & calcauerit in finib⁹ nostris, mittēdo Rapsacen usq; ad Hierusalē: vel vt iam diximus, tūc liberabit nos ab ipsis bellis & afflictionibus cum factus fuerit homo.

Eterunt reliquia Jacob in medio populus multorum quasi ros à Domino, & quasi stillæ super herbam que non expectat virum, & non præstolatur filios hominum.

Tunc postquā ista omnia cōtigerint, siue postquam iste puer nascetur, erunt reliquiæ Iacob. i. apostoli, & illi quis secundū electionem salui sunt futuri inter gētes, quasi ros à Domino, & quasi stillæ super herbā, quæ non expectat virum, & nō præstolatur filios hominum. Simili metaphora usus est Oseas cap. 14. Ero quasi ros Israel de Christo loquēs qui velutiros decidit, sicut psal. 109. dictum

COMMENTARIA IN

dictum est, iuxta Hebraicam veritatem, ex
vtero aurorę tibi ros nativitatis tuæ. Fuit enim
ros, qui in se credentibus ac in bono perseve-
rantibus, virorem atq; vigorem contulit: &
sicut plerique, alia quæ de Christo dicuntur,
per accommodationem quandam tribuun-

Matth. 5.
I Cor. 3.
Ad Eph. 2.
ad Thes. 2.
I Ioan. 2.

2. Cor. 2.
Cap. 2.
I. Pet. 1.

tur apostolis, veluti quod sint lux mundi, fun-
damenta ecclesiæ, mediatores & aduocati,
vt docet Euthymius in psal. I. Sic etiam erunt
ut ros Domini, erunt, quasi dicat, illi flo-
rentissimi, fœcundabunt illi hominum cor-
da, eo modo quo ros à cælo defluens & stil-
læ cadentes super prata sine opere alicuius
prata ipsa fœcudant, atq; miris modis flore-
re faciunt. Sic & reliquæ Iacob. I. apostoli,
sua doctrina quam non ab hominibus acci-
pient, corda hominū fœcundabunt, & quem-
admodum ros non hominum industria ca-
dit, sed è cælo à Deo ipso decidit, sic illi non
in persuasione verborū humanæ sapientia
agros cordis fœcundabunt, sed in virtute Dei,
non ab hominibus nec per hominem, virtu-
tem illā cōsequentur, sed per Iesum Christū,
sicut de se ad Galat. Paul. gloriatur. Nō enim
voluntate humana allata est prophetia, sed
spiritu Dei dictante loquuti sunt sancti Dei
homines,

MICHAE CAP. V.

144

homines, nō præstolabuntur, vt ab hominib-
us erudiantur, sed qui idiotæ & insipientes
erant, induéntur virtute ex alto, & spiritus san-
ctus sedebit super singulos corū, erunt ea sa-
pientia prædicti inter gentes, vt nemo possit
corū sermonibus & sapientiæ resistere, quia
nō syllogismis arte humana cōtextis vtretur,
sed virtute diuina, vt nō euacuetur crux Xpi.
Ad. 1. & 2.
Luc. 21.
I. Cor. 1.

*Et erunt reliquia Iacob in gentibus in
medio populorum multorum quasi leo
in iumentis siluarum, & quasi catulus
leonis in gregibus pecorū, qui cum trans-
ferit & conculcauerit, & cæperit, non
est qui eruat.*

*E*terunt apostoli fortissimi, & nullo me-
tu deterrei poterunt, quin munus
uum adimpleat prædicādi, erunt velut leo-
nes inter greges pecudum, quo efficietur ut
multum crescat & fœcundetur credentium
numerus. Fuerunt ista duo euangelicis con-
cionatoribus maximè necessaria: tum quod
non qualem cunque doctrinam, sed cæle-
stem annuntiarent: tum quod illam non a-
liunde quam veluti rōrem de cælo desuper
acciperent

acceperint, vt intrepidi & sine timore aliquo essent; vt nullis arceri possent ministri à prædicatione euāgeliū sicut factū fuisse legimus. Et ad hoc docendū his duabus similitudinibus eleganter propheta vtitur: non defunct, qui per has duas similitudines, & lenitatem simul & seueritatem euangelicæ doctrinæ & prædictoriū eius, intelligere voluerint, qui fuerūt valde lenes & suaves in docendo, & exhortādo. Os nostrū dicebat Paulus, patet ad vos ô Corinthij. Sed ipse alias valde seuerus fuit in reprehendendo, cum diceat Galat. 3. ret, ô insensati Galatæ. Et Vos inflati estis & non magis luctum habuistis. & Petrus quando primum Ananiam, & deinde Saphiram uxorem eius Actorum 5. increpauit.

Et exaltabitur manus tua super hostes tuos, & inimici tui interibunt.

Tunc cum reliquę Iacob, & tanta sapientia & lenitate, simul & tāta fortitudine fuerint præditi: Exaltabitur manus tua super hostes tuos. loquitur ad ecclesiā, siue ad puerum qui in Bethleem nascetur. tunc inimici tui interibunt, cessabūt, quasi dicat, omnia dæmonum respoſa, postquam istileones con-

nes confurrexerint, Näm ad ecclesiā sermō nem conuertit, sicut antea fecerat, dicens: Surge & tritura filia Sion.
Et erit in die illa Dicit Dominus, auferam equestros de medio tui, & dispersam quadrigas tuas. Et perdam iunctate terras tuas, & destruam omnes munitiones, & auferam maleficia de manu tua, & divinationes non erunt in te, & perire faciam sculptilia tua. & statuas de medio tui, & conteram iunctate tuas, & faciam in furore & indignatione ultionem in omnibus gentibus quae non audierunt.

TVdæl, vt annotat Hiero. falsa quadā spe, nescio quæ sibi felicia atq; prospera ex illo loco promittunt. At vero ostendant ipsi præcor, quæ tunc idola auferentur, cum illa modò non colant, qui succidentur luci, quos non habent. Deniq; misere errat, & in sua obstinatione peribunt. Verum hæc omnia de ecclesia Christiana esse intelligenda,

T que ante-

COMMENTARIA IN
qua antecellerūt videtur cogere. Descrips-
rat quales essent futuri euangelij conciona-
tores, & quomodo super hostes suos esset ex-
alrandi, siue ecclesia siue puer qui in Bethle-
em nasceretur. Et in die illa quando ista contige-
rint, erit tanta ecclesiæ fortitudo, vt nec e-
quis neq; armis vllis egeat, vt se ab inimicis
defendat. Auferam equos tuos de medio tui
& disperdam quadrigas tuas, quia nulli vni-
erunt inimicis deficietibus, non fides tuis vi-
ribus, aut equis, aut quadrigis, nā fides Deo
aduersus quē quantacunq; exurgant castra
Psalms. . non est timedū. Hi in curribus & hi in equis,
Nos autē nomē Dei noſtri inuocabimus. Et
deſtruā ciuitates terræ tuæ, & omnes muni-
tiones tuas. Erit tanta hominum multitu-
do ad ecclesiā venientium, vt nullis vi-
biū muris tanta multitudo contineri possit
quod alijs verbis Zacharias prædictis cap. 2.
Absq; muris, dicebat, habitabitur Hierusalem,
& Elai. 49. quia deserta tua, & solitudines nuae
& terra ruinae tuae nunc angusta erunt pre-
habitatoribus. Et deſtruā muros, nā iā non in-
digebis muris vt te tueri possis ab aduersa-
rijs, cūm spiritū sanctū habeas auxiliatore
& sic nō erit opus munitionibus. Nā qui co-
fidunt

MICHEAE CAP. VI. 146
ſidunt in Domino ſicut mons Sion psal. 124.
Et nō erūt qui ex astris diuinēt tibi, nec qui
idola colant: omnia em̄ talia quæ olim inter
laicos reperiebantur, inter fidèles & Chri-
ſtianos non reperiuntur, vel non deberēt re-
periri, cum tam clare in scripturis reproben-
tur: & quia Dominus purgabit aream suā. Et
licet aliqui intelligent hæc eſſe adimplēda
in cælesti patria, tamen & in ecclesia mili-
tantи eſſe adimplēta, in bonis Christianis
existimo. D. Hier. hæc omnia spiritualiter e-
leganter, vt folet, explicat: Et faciam vltionē
in omnibus gentibus quē nō audierūt, i. quē
poluerunt recipere prædicationē apostolo-
rum, quē in omnem terrā exiuit: Audire e- **Psalm. 18.**
nū frequēter pro obedire auditis sumitur.

IN MICHEAE CAP. VI.

Audite quæ Dominus loquitur.



Vm finem iam ſuę prophetiæ, ſi-
ue concioni, propheta vellet im-
ponere tertio audientium aures
erigit, & regrauius vrget, quā an-
te fecerat. Sic in principio fuerat exorsus:

T 2 Audite

COM MENTARIA IN

Audite populi omnes, Audiat terra & plenitudo eius, mala scilicet quæ Deus decreuit aduersus Samariam venire ob facinora eius ingētia. Secūdō, ad Hierosolymitanos cōuentens sermonē, sic eorū atentionē captabat: Audite principes Iacob & duces domus Israēl, quid inquam? Sion quasi ager arbitur & Hierusalem quasi aceruuſ ſapidū erit. At modo ad vtrunq; populū sermonē conuertens, vt ea audiāt quę Dñs loquitur hortatur: Audite, inquit, quæ Dñs loquitur, Deus est qui loquitur quis non patulas prebebit aures? quis nō accurret vt audiāt? Siquidē beati dicuntur illi qui verbum Dei audiunt: niſi nos peccata detineant noſtra, niſi nos ſcelerum noſtrorum conſciētia vrgeat, nullus erit qui non libenter audiāt, nullus erit qui fugiat, ſicut protoplastus noſter, qui vocem Dei audiens, & vocem Dei eſſe intelligens, fugit & abſcondit ſe, Audite ergo quæ Dñs loquitur. Res erit grauiſ, res erit valde utiliſ cū Dñs loquatur. Sic Hierem. 25. dicitur: Tūdices ad eos, Dñs de excelsō rugiet, & de habitaculo ſuo dabit vocē ſuā. Et ſubdit, Peruenit ſonit⁹ vſq; ad extrema terre, quia iudiciū Dño cū gētib⁹, iudicatur ipſe cū omni carne.

Genes. 3.

Surge

MICHEAE CAP. V.

147

Surge contendē iudicio aduersus montes, & audiant colles vocem tuam.

Introducit propheta Deum loquentem, vt aliqui existimant ad filium ſuum, ſicut loquutum fuiffe apud Dauidē legimus psal. 109. Dixit Dominus Domino meo, & dicto obediens filius cum populo diſceptat, Popule meus, dicēs, quid feci tibi? quod licet subtiliter dictum eſſe videatur, tamen Hieron. ſententia cōueniētior appetet, quod ad prophetam Dei ſermo fit, & verba quæ Dñs loquitur ad prophetam dirigantur: Surge; inquit, Deus, ô tu propheta, & meā cū hoc populo causam age. Côtēde iudicio aduersus montes, argue meo nomine montes, & valles increpa. Indica illis ſumā animi ingratitudinē, quā perpetuo erga me gesserunt. Cū autē motiū nomine, aliquādo ſcriptura ſacra, & in bonū & malū vti ſoleat, & ſic diuersa per montes intelligat. Vidēdū est quid hoc loco per montes quos arguedoſe eſſe p̄cipit ſignificare velit. D. Hier. in cōmēt. ſuper Eſa. c. 44 & c. 2. tractās illa verba: Et ſuper omnes montes excelſos veniet dies Dñi, dicit: Siçut in bonā partē pro varietate virtutū montes ap-

T 3

pellan-

COMMENTARIA IN

pellatur & colles, sic inter impios pro diuer-
sitate vitiorum & maximè superbiæ, imo
quicquid in mundo eminet, ut potètiam, sa-
pientiam, diuitias cæteraq; id genus, imo &
implos homines suis operibus intumescen-
tes, appellatione montium significare solèt
prophetæ. Sic Abacuc.3. Aspexit & dissoluit
gentes & contriti sunt montes sæculi. Sic E-
zech.6. dicit Dñs: Heu móribus, ecce ego in-
ducara super vos gladium. D. Augustinus in
psal.45. explicans illa verba, Cóturbati sunt
mótes sæculi, Mótes, inquit, sæculi quibus ca-
put diabolus, Mótes. Dei quibus caput Chri-
stus. Sic sancti mótes dicútur secùdum illo
psal.120. Leuaui oculos meos ad montes, vñ
dey eniet auxiliu mihi. Reges etià atq; Prin-
cipes montes nuncupátiur. Sic Naum primo:
Mótes còpücti sunt ab eo, & colles fluctu-
uerunt. vbi glo. R. Salomonis sic ait: Reges &
principes pauebunt à sententia eius, & sic Isa.
41.c. Turbabis mótes, & colles veluti fauila
lā pones: per mótes ergo & colles aduersus
quos vult cótédere Dñs, D. Hier. angelos es-
se intelligédos arbitratur, quibus rerū huma-
narū còmissa est procuratio. Omnes enim sunt
Ad Heb. 2. administratorij spiritus ut docet Paulus, pro
pter

MICHEAE CAP. VI.

143

pter eos qui ministerium capiunt salutis, &
ita contendere vult cum illis, an suum recte
præsticerint munus: Verù in hac parte in me-
moriam nos oportet reuocare commenta-
torum legem à D. Hierony. assignatam ad
versus Rufinum. Et sic hanc sententiam ne-
quaquam cum ex propria mente protulisse,
sed potius ab Origine accepisse, qui homil.
i. super Lucam affirmat, angelos posse pec-
care, munera sibi concessa non probe exer-
cēdo, & qui homi.20. super Numeros addu-
cit locu Apoca.2. quæ hic citat Hier. vbi ac-
cusantur angelii: Et angelo Ephesina eccle-
sia dic: Habeo pauca aduersum te: at ange-
los beatos nec mereri nec demereri posse,
cum certu sit, vt late docet doctores schola-
stici in 2.d.7. & in 4.d.49. & Augustinus lib.
n. super Gène. & in Enchirid. cap.105. per an-
gelum in illo loco episcopum esse intellege-
dum apud omnes in confessio est: sacerdo-
tes etiam angelii dicútur sicut Malach.3. An-
gelus Domini exercituum est & I. Corinth.
11. præcipitur mulieribus vt velato capite
intemplo orent propter angelos. Per mon-
tes ergo & colles, Principes & magnates in-
telligit, & vt illos arguat furgere præcipitur,
T 4. & Dei

& Dei præcepto obtemperans propheta, ve-
luti præco alta voce clamat.

*Audite montes iudicium Domini, et
fortia fundamenta terræ.*

Sicut quod eosdem fortia fundamenta ter-
re nominat quos montes, siue quod reges
iusto nomine significare voluit: Volo, in-
quit, vos hac de causa atetas prebere aures,
qui res magna est de qua agitur. Est enim iu-
dicium Domino cum populo suo, & cum Is-
rael diiudicabitur, in iudicio contendet cum
populo suo, & cum illo disceptabit atque di-
sputabit, quia ut in r. cap. diximus cu[m] ex-
pli-
caremus illa verba: In scelere Iacob omne
istud, & in peccatis domus Israel, causam vo-
luisse prophetam assignare, quare Deus qui-
adeo pronus est ad misericordiam, tam acerba
& dura voluisse etenim populo suo: In sce-
lere Iacob omne istud: & ultra Hiero-
lymitanis acerbissima fuisse comminatus,
dices: Sion quasi ager arbitur, &c. Cum er-
go iam ut dicebamus, fine cognitioni sue impo-
nere vellet, ne quis Deum alicuius iniustitiae
accusare posset, aut assertere eum cum haec
faceret, potius sua summa potentia uti quam
æquitatis

æquitatis & misericordia habere rationem,
& maiores exigere à peccatore poenas, quam
eius admissa mereantur, ideo dicit. Audiant
montes vocem Domini, & fortia fundamen-
ta terræ, quia iudicium Dño cum populo suo.
Nihil minus patitur Deus, quam ut homines
hac de illo opinionem habeant, aut hoc de
suis operibus existiment, quod potentia sua
vatur, potiusquam summa æquitate, cum
afflit, cum torquet, cum poenas sumit,
cum summis afficit supplicijs, nihil ferme
diligenterius per prophetas suos inculcare stu-
dit mortalibus, in quorum utilitatem illa
omnia scribebatur, quam falsam atq; iniquā
esse hanc hominum de eo existimationem;
cum toties apud prophetas se deijciat, atque
hominum iudicio submittat, & homines ipsos
iudices constitut aduersum se, illos ipsos
quos afflit, & de quibus grauiores poenas
sumit, non recusat habere iudices, vel ini-
mici iudici se approbari posse intelligēs, sicut
L. Scipio de se ipso attestabatur, ut refert
Plinius in præfatione naturalis historiæ:
Qui satis esset sic se voluisse dicere, cui si *sapien. 12.*
perirent omnes nationes terræ, nullus quip-
pam imputare posset, Cui facient quod vo-
luerit

COMMENTARIA IN

Daniel. luerit, nihil aliud respondere possumus;
Cap. 31. quā illud, iustus es Domine in omnibus que
 fecisti nobis: tamen in iudicium descendit
 cum populo suo, & cum iniquo seruo fati-
 né inire non recusat. **Quod** & sanctissimus
Iob inter alias suarū virtutum cōmendatio-
 nes merito magni facit (si parua magnis eccl
 ponere licet) Si cōtempsi, inquit, subire iudi-
 ciū cum seruo meo & ancilla mea cum di-
 scipularēt aduersum me. Qui poterat profe-
 leribus populi inferre supplicia quasi Deus,
 non vult videri potens sed iustus, & ad iudi-
 ciū prouocat peccatores, ideo ergo prophē-
 ta dicit: Audiant omnes quia iudiciū est Do-
 mino cum populo suo: Cum populo, inquit,
 aduersus quem tā acerba & dura statuit, con-
 tēdere vult & disceptare, sic Esa. ii. Cū admo-
 nisset: Discite bene agere quiescite agere
 peruerse, subuenite oppressō, auferte malum
 cogitationū vestrarū, statim subdit, Et venite
 & arguite me dicit Dñs. Vel sicut in Hebreos
 clarius habetur, & apud Lxx: Venite cōten-
 damus dicit Dominus, id est, Si faciētes hac
 quæ admonui, vos afflixero, & non præstaue-
 ro quæ toties promisi bona, arguite me infi-
 delitatis, & ferte contra me sententiam, sic

cap. 5.

MICHAE CAP. VI.

cap. 5. Cū bona enūmerasset, & beneficia
 multa in vineam suam collata rētulisset, in-
 quid: Nunc ergo habitatores Hierusalem &
 Iuda, iudicate inter me & vineam meam, vos
 ipsoſ cōſtituo iudices in vestra causa: ipsam
 me vineam vocat, vt ſententiā ferat: Vineam
 enim Domini exercitum, dormitus Israel eſt,
 & vir Iuda germen eius, adeo apertum eſt
 ius, vt nullus, quantūcunque impudentiſ-
 simus, inueniatur, qui non aduersum vineam
 ſententiam ferat. Quid eſt, inquit, quod de-
 bui facere vineam meam & non feci? Ecce para-
 tus sum iudicium subire, prodeat aliquis ve-
 ſtrum in medium, & excogiter an aliquid
 fuerit à me prætermisſum, an poſſit me ac-
 culare de aliqua re, an poſſit vinea aliquam
 excuſationē adferre, quare propulerit vias
 acerbas. Nam si hoc demonstrator factum
 in me omnis deuoluatur culpa, à me ſuile
 atum iudicerit. Maxime ostenditur iudicis
 æquitas, & actoris iustitia, cum reus
 sua cauſæ iudex cōſtituitur. Sic Nathan miſ-
 ſus ad Dauid sub inuolucro parabolæ, ip-
 summet Dauidem sua cauſæ iudicem con-
 ſtituit. Sic Christus redemptor noster Mat-
 thei 21. ipſoſ inquit. Iudeos coēgit aduersus
 ſe ſenten-

C O M M E N T A R I A N

se sententiam ferre in parabola vinea. Inexcusabilis est omnis homo qui iudicat, cum in quo iudicat alium, se ipsum cōdēnat; ad Rom. 2. Idem apud Oseā legimus cap. 4. Auditore, inquit, verbum Domini filij Israēl, qui iudicium Domino cum habitatoribus terre non est veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra. Quasi dicat, de quibus terre habitatores accuso, ipsi sententiam proferant, de qua re videndus est. Chrysostomus homil. 4. De prouidentia, siue de fato causa finem. Cūm se iudicio subjicit, ipse in meū dūm proponit, quam aduersus homines accusationem habeat, & iustissimam exposuit landicationem, quod prolixius atq; clarus quam alibi apud Ezechielē facie legimus cap. 20. vbi post commēmorata quamplurimā maledictis collata beneficia, & mala & infanda illius gentis facinora, tandem, inquit, in manu valida, & in brachio extenso, & infuso effuso regnabo super vos, & adducam vos in desertum populorū, & iudicabor vos biscum ibi facie ad faciem, sicut iudicio contēdi aduersus patres vestros. Et ita in psalmo 50. cūm propheta sanctissimus diuino spiritu afflatus optimè intelligeret hoc Deo valde placere.

M I C H E A E C A P. V.

151

de placere quod homines fateātur se iustissimo Dei iudicio condemnari, affligi, & torquaci, & multo minus Deum exigere, quam libet ipsis commisum & promeritum (sic ut Jacob 2. dicitur: Misericordia superexaltat iudicium, & sicut ab Ezech. 16. cap. dictū est: Non feci iuxta scelerā tua in omnibus vijs tuis, vbi Hieron. inquit, Et cum te subuertero, tamen minus in te irā meā exercebo, quam meruisti) ideo inter alia quibus suum profitebatur crimen, vt veniam consequeretur. Tibi, dicebat, soli peccavi & malum eōnam te feci, vt iustificeris in sermonibustuis, & vincas cum iudicaris, Ideo inquam, graui sermie peccasse fateor, & meum propatō crimen omnibus, & me ipsum in meā causa iudicem cōstituo, quia hoc te sollicitē exigere sapius aduerto, & inde colligo hoc nimirū tibi placere, vt homines de suis factis iudicent. Sic dicebat Paulus: Si nos ipsoſ diludicaretis non à Domino iudicaremur. Tum vltiū vindē sequatur, quod cūm te aliorū subjiciās iudicio, pro te iudicent & sententiāfrērent, cum ego fatear me longē grauiora commeruisse mala quam sint illa quibus inquiras purgatur mea, facit etiam, & ad id quod agimus

agimus lectio alia huius versiculi: quam habet Hieron. super epist. ad Roma. & lib. 2. ad Iosinianum. Et vincas cum iudicas. Ideo inquit, tibi peccasse fateor, ut cum tu iudicas, cum affligis, cum supplicium sumis, tuq[ue] iustitia integritas appareat, quæ non sinit peccatum impunitum, sicut apud Job 9. legitur. Verebar omnia opera mea sciens quod non parcis delinquenti: cum vincas cum iudicas, quia minus affligis, minores poenas sumis, quā vt crudelis, & durus esse videaris, quā vt aliquis asserere possit te potentia vti, & non summa equitate, & misericordia. Non quen possumus quod Deus dure agat nobiscum, multo nos durius cum Deo agimus, vt docet Saluianus lib. 4. de prouidentia, cuius verba sunt, Exacerbamus nos Deum impunitam bus nostris, & ad puniendum nos trahimus inuitum, yam vt ita dixerim, facimus pictam suæ, ac manus quodammodo afferimus mifericordię suæ. Cūq[ue], sius benignitatis sit, vt velet nobis jugiter parcere, cogitur malis nostris sceleris, quæ admittimus vindicaro, & ideo impie in calamitatibus nostris seueritatem diuinam accusamus. Vnusquisq[ue] nostrum se punit, & ideo propheticum hoc ad nos dicuntur:

Ecce omnes vos ignem accenditis & utes prebuistis flamme Esa. 50. Hac ergo de causa propheta oēs cōuocat & ad attēdendū invitat, quia in iudiciū Dño. cum populo suo: *popule meus quid feci tibi aut quid molestus fui tibi?*

Incepit propheta ipsius Dei causam agere, & eu populo sicut illi fuerat p̄ceptū dī ceptare, & quemadmodum apud alios prophetas cum iudicium est Dño q[uod]cū hominibus, ipse ex sua parte proponit quā expostulandi suonē habeat, sic etiā in isto loco facere videmus, cum dicat: Popule meus quid feci tibi? & vtitur interrogatione, vt maiorem emphasi[m] habeat accusatio, & cōmemorat beneficia illi collata, vt ex p̄brettingratiitudine, & certè annotatione & vehemētr admiratio adignum mihi esse videtur, quod hic sub his verbis indicatur, quod cum de populo illo vehementer conqueratur ac expuleret Deus, verbis tamē vtitur, quibus valde benignitatem & benevolentiam suam erga illos ostendat. Cum dicere posset, popule nequam & ingratissime, quid ego feci tibi, vt me præterito gloria meam commu-

C O M M E N T A R I A I N

cōmutares & idolis tribueres? aut in quā tibi vñquam fui molestus? Non sic loquitur sed: Popule meus, inquit. quem non hēc verba emolliant? O admirabile Dei erga homines ingratismos benignitatē & amore? Populum suū appellat quēm infandis facinoribus implicatum videbat, vt vel isto verbo eorum corda ad resipiscendum concitare.

Math. 26. Sicut & Iudæ dixit: Amice ad quid venisti? Quid, inquit, feci tibi? vt cum aduertat nihili beneficiā præstisset cōpungatur homo, & poenitentia (Dauid imitatus) agat, cūque Deus sic dignatus est diiudicari cū ille pœcasset in Bethsabeæ: Ego, inquit, vnxite regem Israel, & ego erui te de manu Saul, & de

s. Reg. 12. di tibi domum Israel & Iuda, & si parua sum ista, adjiciā tibi multo maiora. Sic præloquido mollire studuit tenerum cor, vt melius & profundius vulnerare posset, protinus inferendo: quare ergo contempñisti verbum Dñi vt faceres malum in cōspectu meo? sic popu-

Esa. 1. n. 63 lum suum appellat, quos apud Esaiam filios

Ezech. 16. dixerat, & apud Ezechielem, & apud Mat-

Matth. 8. thæum filios regni appellauerat, & in Exodo

Exod. 4. & aliâs sacerdos. Suū ergo vocat, quia cū crea-

uerat, quia ex seruitute Aegyptiaca liberau-

rat, quia

M I C H E A B C A P . VI

153

at, quia in peculium ex cunctis gentibus eū degerat, non tamē quod ritē eū coleret, aut beneficiorū memoriam gereret. Quid feci tibi quod, non debuisse facere. Imò quid facere debui quod nō fecerim? aut in quo molestus fui tibi? vel vt in Hebréo habetur: quo labore te presi? D. Chryso. homil. 5. in epist. ad Rom. Hoc ipsum est, inquit, quod maxime omnium lamētor ac deploro, quanquā quid tandem est, quod Deus non fecerit vna nobis ipse amaretur? quid autem non est cōmētus? quid omisi? illum in iuria affecimus nihil sane commeritum, sed acceptis ab illis infinitis ijsq; archanis beneficijs auerſi sumus vocantem, & vnde equaque illectantē, ac nec sic quidē de nobis ille pœnas sumpsit sed ad cūcurrit ipse ac restitantes fugitātesq; inhibuit, ipsi tamē ab illius manib⁹ excusāt. si ad Diabolum transfugimus: ac ne sic quidē destituit ille, sed & texcentos rursus misit prophetas & patriarchas angelos. At nos legationē non solum non admisiimus, sed & legatos nobiscum agentes in iuria affecimus, ille autem nec per hēc quidē nos respuit, sed quod facere hi solent, qui vel vehementissimè cum amēt negliguntur, tamē circumiēs

V

ad om-

ad omnes adit, tum in celo, tum in terras se manifestas, cōgressusq; nūc cū Hieremia, nūc cum Michæa, non vt grauaret, sed vt defensione vteretur, vel super his quæ in ipsum à nobis commissa fuerant: quin & vna cum prophetis ad illos accessit, qui ipsum auerterentur, paratus etiam ac postulans ad rationis reddendæ calculos descendere, tum autem ad omnia surdos ad colloquium secum trahens: Popule mi, inquit, quid feci tibi aut quid te attristavi? Responde mihi. Hæc ille, iudicio contendit, & vt populus in medium proponat si quid habet efflagitat, vt respondamus postulat. Sic Esaiæ 43. Responde si quid habes, vt iustificeris. & cap. I. Venite a guite me, dicit Dominus. Quo verbo hoc insinuare videtur, nihil populum illum habere quod respondere possit, omnē prorsus excusationem tollit, quod apertè indicare visus est, cum Esaiæ 5. nō expectata sententiā sic pergit, Et nūc ostendam vobis quid ego faci vineæ meæ, quæ nullam potest habere responsionem.

Quia eduxite de terra Aegypti, & de domo seruientiū liberauit, & misericordia tua

efaciem tuam Moysen, & Aarō & Mariæ: Popule meus memento queso, quid cogitauerit cōtrate Balach Rex: Moab: & quid respōderit ei Baalā filius Beor, de Sethin usq; ad Galgal, ut cognosceres iusticias Domini.

Vñ verba quia præclare, vt nihil superaddi possit, doctissimus Hieronymus, cōinterpretatus, illius verba in mediū propōnere non grauabor: An, inquit, beneficia mea cōtūmiliā interpretaberis, & pepones carnesq; Aegyptias desiderans, dolebit te exodus tui de terra Aegypti, ac de domo servitutis meo auxilio liberatū, quia dedidicatores tibi Moysen amicū meū, & Aarō sacerdotem meū, & Mariā p̄phetā meā. Ea cōmemorat quæ non molesta populo illi fuere, sed valde grata atq; iucūda: cōtra vero si cōmemorasset, quid pro his beneficijs molestię & ingratitudinis populus retulerit, accusationē quidē reddidisset vehemētiōre, & faciliter esset dijudicare quā iustus ac misericors Deus extiterit: cōtra vero quā ingratus atq; injustus populus eius. Nā cū illū ex Aegypto eduxisset,

continuo vitulum conflatilem fecit, eiq; diuinos retulit honores, cum duces illis Moy-sen & Aaron contulisset: illi contra parū abfuit quin illos lapidarēt. Appellat Aegyptios seruientes, quia descendebant ex Mezraim filio Cham, qui seruus fratrū suorum cōstitutus est à patre suo Genesis 9. vel quia gentiles cum essent, tali nomine appellabantur à Iudeis, sicut constare videtur ex oratione Hieremias: Serui dominati sunt nostri. Sequitur apud Hier. Quod si hoc tibi parū videtur, recordare illius téporis, quando Balach Rex Moab, Baalam diuinum aduersum te mercede conduxit: & vide quomodo contra volūtatem suam cupiēs tibi maledicere, hariolus benedixerit, de Sethin vſq; ad Galgal totū exercitum Israël oculis lustrans, & mutās loca, quasi ego non possem cum pergente peregere, & cum transeunte transire, & hoc feci ut misericordiæ meæ & iustitiæ noscerentur tibi, qui tantum te amem, ut cum quotidie ore blasphemantium maledicar tibi ab ini-mico nō permiserim maledici. Hęc ille. Cui prohibuisset Baalam ne malediceret, illi statim cum filijs Madiā fornicati sunt, immo mulia ad huc silentio praterit quę nō cōmemorat, nam

rat, nā cum eū populu introduxisset in terrā quā promisit, peiora operatus est, quā illi qui in ea anteā habitauerāt: & quod maius omni p' est, quū promissiones adimpleret patriarchis factas & homo fuisset effectus, populus illum negans crucem ei parauit & mortem, Quibus verbis facile docuisset se non potestia opprimere, sed potius summa equitate simulq; misericordia vti.

A Sethin vſq; ad Galgal.

Noluit propheta multum immorari in commemorandis beneficijs plurimi exhibitis Iudeis, & ideo vno verbo dixit: Meméto quæso, & in memoriam reduc beneficia omnia tibi collata, ab illo tempore quo egressi ex Aegypto peruenistis in Sethin, vſq; ad tépus quo peruenistis in Galgal. Nō opus est, quasi dicat, commemorare omnia: tam multa sunt & tam vobis nota ut non sit opus in his immorari. Sethin, inquit, Hieron. est locus in quo Balach Rex Moabitarum aduersus Israël congregauit exercitū, homonymos arboribus quę per heremū móris Sina hodie quoq; gignuntur, de qua re Numer. 25. mentio fit. Gagal locus est cōtra oriē-

tem Iericho ut habetur Iosue 15. in hoc loco post transitus Iordanis foederis arca requieuit, & ibi altare ex lapidibus Iordanis a Iosue erectum est, ibi celebratum est pascha: Hic omnem virilem stirpe in deserto procreata Iosue circuncidit, Iosue 5. Atque inde fortitus est, mea sententia, hoc nomen. Nam Galgal auctore Hieronymo, Hebreis volutabrum, rotam, aut circulum significat, cui pars abscissa non erat assimilis. Josephus vero lib. 5. antiquitatum cap. i. libertatem hanc vocem significare affirmit. Transgressi enim fluuium, tandem se & ab Aegyptiis & ab ærumnis in deserto exantlati liberatos existimabant, quæ omnia magnam dedere idololatriæ occasionem tempore religionis aduerseruntur: nam cum principio hic arca quietuisse, loco non nihil sanctitatis quasi hereditario iure accessisse opinati sunt, atque inde pseudoprophetæ lucro studentes ansam acceperunt ut homines ad idolorum cultum in illo loco faciendum allicerent, & propterea locum illum abominati sunt prophetæ, quod in eo faceret idolis sacra Israëlite. Et sic Osee 4. dicitur: Nolite ingredi in Galgala, nec ascendatis in Bethauem. & Amos 5. In Galgala nolite intrare

quare &c. 4. Venite ad Bethel, & impie agite ad Galgal, & multiplicate preuaricationem. Et Osee 9. omnes nequitæ eorum in Galgal, quia ibi exoscos habui eos. Etc. 12. frustra erat in Galgal bobus immolantes. Recordare igitur propheta, inquit, malorum quæ toties in Galgala commisisti, & facile intelliges me iuste de te cōqueri. Eo etiam loco poste à Saul prior illius getis Rex à Samuele unctus est. I. Reg. 11. quod locum adhuc magis in usum Deo & prophetis reddidit, atque ita Hebrei huc locum quo dicitur, de Sethin vsq; ad Galgal, exponunt, ab eo tempore quo fornicati estis in Madiâ, vsq; ad tempus quo Saul apud Galgal est unctus in Regem. Recolite in memoriam quæ mala operati estis & quæ bona vobis fecerim & meā in vos misericordiā cognoscetis: quod si hæc omnia in memoriā reduxeritis facile intelligetis, quam iustum expostulandi causam habeam, facile vos accusabitis iustissimo iudicio vobiscum agi.

Quid dignum offeram Domino?

Proposuit propheta, Dei nomine, ad Iesum populum illum accusationem, & ut respoderet, si quid professe haberet efflagitauit:

Cum autem nullam prorsus responzionē habere posset, suam recognoscens ingratitudinē in hæc verba prorumpit. Quid dignū offerā Domino pro tot tantisq; beneficijs acceptis? Certe nihil apud me inuenire possum; quod illi offeram, vt dignum aliquid rependam: & licet, accusatio ipsius Dei aduerium omnes duodecim tribus fuerit, quibus omnia illa quæ commemoravit contulit beneficia, tamen hæc responsio cum resipiscens animi, & recognoscens ingratitudinē, & peccata sua sit, non omnium esse videtur, sed solum duarum tribuū Iuda & Benjamin. Cum enim apud Oseam legamus cap. i. Non addam ultra misereri domui Israel, sed obliuione obliuiscar eorum, & domui Iuda miserebor, & saluabo eos in Dño Deo suo. Nunquam decē tribus ad hunc statum resipisci deuenisse credere par est, & sic cum in captiuitatem ductæ fuissent, vt constat 4. Reg. 17. nusquam iterum in regionem suam sunt reuersi, nec illorū memoria extat vlla, nec diuina vnquā recognouisse beneficia, nec suorū peccatorū, vt de eis vere pænitentiā ageret fuisse recordatos credimus, nec in hanc vnquā venisse mētem, vt Deo quidpiā retribuerent

retribuerent, aut hac sollicitudine premerētur, quid Deo Optimo maximo esset referendum, quod ei gratum esse posset. At duas tribus pœnitentiam egisse, & sua recognouisse peccata, propter quæ merito fatebantur miseram pati captiuitatē, in qua detinebantur: inde colligimus, q; per Zorobabelem, Nehemiam, & Esdras ad patriā suam iterū sunt reuersi: & ex duabus tribubus legimus septē millia virorum reliquissē sibi Deum qui ante Baal genua non curuauerunt: semper licebit aliquos reperiire, qui p; peccatis suis Deum deprecarentur: & illorū hæc esse videtur verba, qui inter illos beneficiorum Dei memoriam recolentes, querunt aliquid, quod protantis beneficijs Deo rependat, & ea quæ homines in pretio habere solent, & quibus existimant Deum placari posse, recensere incipiunt, & tamē qui hunc animū gerunt videntur suam recognoscentes indignitatem hæc omnia parui facere, & de his omnibus ambigere, quia non talia esse conspiciebant quæ numerū beneficiorū exequarēt, aut quę Deū placare possent si nuda cōsiderentur. Et hūc sensum indicare videtur verbatrium puerū Daniel. 3. cap. quorū verba sunt. Et nō est

in tēpore hoc princeps, & dux, & ppheta, neq; holocaustū, neq; sacrificiū, neq; oblatio, neq; incensum, neq; locus primitiarū corāte, vt possim⁹ inuenire misericordiā tuā, &c.

Curu abogenusa Deo excelsō?

Estne, quasi dicat, tanti valoris genufle-
xio, & corporis humiliatio, vt protot
beneficijs Deo rependatur? absit, inquam, vt
quis recognoscens Dei beneficia, hoc apud
se existimet satis se Deo præstitisce, quod ca-
put detegat, genu flectat, pecc⁹ percutiat suū,
aut hæc exteriora religionis signatantum fa-
ciat, quæ & Pharisæum illum, qui in tēplum
ascendebat fecisse legimus. Deus enim cum
spiritus sit, in spiritu & veritate vult adorari,
& ideo si sine spiritu hæc exteriora fiāt, apud
Deū qui scrutatur corda & renes, cui⁹ oculis
Ad Heb. 4. nuda & aperta sunt omnia, nullius esse pôde-
ris censem̄tur. At si hæc exteriora ex bona vo-
luntate & humili animi deiectione fiant à
nobis, vt interioris hominis affectus infla-
metur, & exterius innotescat, tū & prodeſſe
plurimum arbitramur, & infanos hæreticos
noſtri temporis, qui c̄eremonias omnes va-
nas & inutiles esse affirment, cultumq; om-

nem

nem exteriorem damnent. Est enim cultus
exterior, cultus interioris professio quedam
signis corporeis significata, fieri quippe hu-
iūmodi à nobis debent, vt corpore etiam
Deū colamus, & vt vires nostras incitemus
ad colendum Deum, vera fide, spe, & charita-
te. His nanq; visibilibus signis, vt docet Sim-
plicius in Epictetū cap. 70. non quidem Deū
ipsum cōmouemus, sed nos potius mobi-
les ad immobile diuinitatem trahimus, nō
fecus atq; nauim appellendo resti in
portum eiecta, vel fune prolato, non terram
attrahūt sed seipſos, & nauim mobilē ad ter-
rā trahūt immobilem: graui enim nos mo-
le corporis oppresſi, valde quidē egemus, ad
ſomnolenti animi excitationem, cōmouen-
tibus rebus, vt generosus equus itinere iam
longo fatigatus, cum clasicum perfonuit in
robur erigitur, & stare loco nescit, micat au-
ribus: ita rebus ſecularib⁹ eneruata virtus no-
stra, externis & corporalibus incitabulis, ſi-
ue vocum, ſiue figurarū indiget, vt animi no-
ſtri vigor spirituali operi robustius instet, &
contemplatio noſtra tāto acrius in ſublime
prouehatur, quāto magis attoniti ante a ob-
ſtupuerimus: in his affectum attendit Deus
potius

Luc. 18.**Ioan. 4.****Iere. 17.****Ad Heb. 4.**

potius quæ sic offerimus, sic Genes., ad Abel, & ad munera eius respexisse dominum legimus: Ad Caim autem, etiam si sacrificium obtulit, non respexisse. Et Gen. 8. Incensum Noe odorem suavitatis vocavit.

Quid offeram ei holocaustomata, & vitulos anniculos? Numquid placari potest Dominus in millibus arietum, aut in millibus hircorum pinguium?

Pergit populus ille & alia addere quæ præstatoria esse existimabat, & quæ maiori cura viderentur à Deo esse præscripta. Cum curuare genua Deo excelso non tanti momenti res esse appareat, ut genu flexione satisfecisse arbitremur, ad Deum peccatis nostris merito iratum, placandum. Quid ergo offeremus ei holocaustomata & vitulorum sacrificia, & animaliū mactationes quæ ipse pro peccatis offerre in lege præcepit? minime quidem. Nec enim huiusmodi tanti facit Deus, ut quantūcunq; multa offeras his placari possit: impossibile est sanguinem tuorum & vitulorum, & holocausta medullata, & odorem arietum & pinguium hirco-

Ad He. 10.

rum animæ lauare sordes. Quid enim boni potest habere pecudum sanguis effusus? Est hic primo aduertendum, sacrificiorum genera quæ in lege præcipiebantur in triplici esse differentia, ut annotatum legimus apud Iosephum lib. 3. antiquit. cap. 10. & ab Origine homil. 5. in Leuit. Cuius hæc sunt verba: Hostiarum quædam sunt Dei solius, ita ut nullus hominum participet ex ipsis, quædam sunt Aaronis sacerdotis & filiorum eius, quedam sunt sacerdotum & filiorū eorū, quibus edere liceret filijs Israel. Igitur cum istæ sint hostiarum differentiae, illam quam diximus solius Dei esse aliquando holocausta hominari inuenimus, aliquando vero non holocausta, sed holocarpoma, veluti dicamus, quod totus fructus sit, scilicet qui Deo offeretur. Hæc ille. Cum ergo primum & præcipuum sacrificium illud sit quod totum Deo offerebatur, ut placet D. Tho. in. I. 2. q. 102. ar. 3. ad 8. arg. ad diuinæ maiestatis cultū, ut quemadmodum totum animal in vapores resolutum ascendebat, ita etiam illo sacrificio significaretur totum hominē, & omnia quæ ipsius sunt Dei dominio esse subiecta, & illi esse offerenda. Inde populus dicit:

Offeremus

Offeremusne ei illa sacrificia quæ primatū inter alia obtinent, & quæ omnia in eius cultum cedūt? At neq; hoc aliquid habet, quod coram Dei oculis placeat, non si etiam vitulos anniculós, aut pingues arietes, & hircos ei litemus. Certū est enim, q; nec si millia milium taurorum arietum aut hircorum ei offramus quidpiam præstabimus, quod scelerū nostrorum magnitudinem exæquet, neque talis est Deus, qui hisce animalibus oblatis placari à furore possit: Holocaustis nō deleātur: Neque carnes sancte malitias nostras auferēt à nobis. In hoc pleriq; ex Iudæis verabantur errore, vt satis suis rebus cōsultum esse arbitrarentur, satis se fecisse Deo existimarent, satis pie, satis religiose agere, si temp̄la, si aras hostiarum sanguine cruentarent, si sacrificia lege præscripta pro peccatis offerrent suis, si vitulos, si arietes, si legis cæremōnias, iuxta litteræ sonum exteriorem, & eius corticem obseruarent, quāuis ille graffator, adulter, veneficus, & parricida esset. Quē eorum errorem satis aperte qui hic loquuntur, conuincere videntur, cum aperte fateantur nequaquā hisce sacrificijs aliquid Deo offerri, quod illi gratum sit, aut quod eius furorē placare possit. Sic & Osee 5. In regibus suis & in armētis suis querent dñm & non inueniēt: vnde fit vt haud mediocris, sed grandis se fesse offerat disputatio de hac re, & quæ nos veluti inuitos videatur cogere, à cōmētario p̄ulege aliquātulū digredi: sed ideo libētius faciemus, quod de hac re quā plurima extat prophetarum loca, quoru intellexus ex huius disputationis solutione pendere videatur. Præsertim cū inter sanctos doctores nō ita cōueniat de hac re, vt prolixiori disputatione non indigeat, breuius tamen de hac re agemus, quam res tanta postulabat, cum latius in libro quēm de sacrificijs paramus, sit agendum. Quod in hoc loco difficultatem ingredit, illud est, quod cum tanta diligentia in veteri testamento huiusmodi sacrificia fieri à Deo præceptum esse legamus, & pro peccatis hominū tot extent institutæ animalium mactationes, vt patet in Exodo, in Leuitico, & Deutero. Cūm David moriēs Reg. 2. sic filium sit alloquutus: Esto vir fortis, & obserua vt custodias mādata Domini, vt ambules in vijs eius, & custodias cæremōnias eius, & iudicia, & testimonia sicut scriptum est in lege Moysis. Cūm psal. 65. dicat:

placare

Introibo

COMMENTARIA IN

Introibo in domum tuam, holocausta mea
dullata offeram tibi. Ut multa alia omittam,
merito Iudei in hanc sententiam deuenire
potuerunt, ut haec Deo placere, ac talia esse
quaerat iratum Dominum placare possent affirmare
nam alias quorsum precor ipse tam sollicito
haec offerri precepit? quorsum Moyses ob-
seruatis tam ingentia bona promittit, vi-
lantibus comminatur morte? Nūquid dece-
pit Moyses illos dum per singulas leges po-
nit: haec dicit Dominus? Verum si diligenter
euoluamus prophetarum volumina, non so-
lum reperiemus nostrum Micheam, aut ho-
rum verborum authores in hac fuisse feren-
tia, ut huiusmodi sacrificijs Deum nequaquam
placari posse assuerent, sed etiam & ceteros
vates hoc fuisse vaticinatos, & populum de-
hac resapient admonuisse facile erit demon-
strate. Sic apud Dauidem legimus psalm. 50.
Quoniam si voluisses sacrificium dedissem
vtiq; holocaustis non delectaris. Quod clari-
lius in Hebreo assertum legimus. sic enim He-
breo traditio habet: Quoniam non vis sacri-
ficiū & dabo holocaustis nō delectaris. Idē
psal. 49. docebat dicens, Nō in sacrificij suis
arguam te non accipiam de domo tua vitu-
los, neq; de gregib; tuis hircos, quoniā meæ
sunt omnes ferè siluarum, iumenta in monti-
bus, & boues. cognoui omnia volatilia carni-
& pulchritudo agri mecum est. si esuriero non
dicam tibi, meus est enim orbis terrarum, &
uniuersa quæ habitant in eo. Nunquid man-
ducabo carnes taurorum, aut sanguinem hir-
corum potabo? quasi diceret. Nunquid car-
neus est Deus, vt ex his aliquam utilitatē ca-
piat, aut hisce cibis vescatur, aut sufficibus
pinguedinis & carnium nidoribus deleetur?
Nam de demonibus, an ex istis aliquam
delectationem capiant, vt pro statu suo pos-
sunt, contentio esse videtur. Basil. super cap.
10. Ela. ac Orig. lib. 7. contra Celsum, affirma-
revidetur. Porphyrius dubius atq; anceps
apparet, vt constat ex Theodoreto lib. de
curandis Græcorum affectibus cap. 3. de diis
& demonibus. & cap. 7. de sacrificijs. & ex D.
Cyrillo lib. 4. contra Julianum, licet de malis
expressè affirmet lib. 2. de abstinentia ab ani-
malibus. August. vero li. 10. de ciuit. illos nō
delectari cadaverinis nidoribus afferit, sed
diuinis honoribus. Sed reuertamur vnde di-
gressi sumus, clarissimus etiam id probari vide-

MICHAEL CAP. VI.

161

arguam te non accipiam de domo tua vitu-
los, neq; de gregib; tuis hircos, quoniā meæ
sunt omnes ferè siluarum, iumenta in monti-
bus, & boues. cognoui omnia volatilia carni-
& pulchritudo agri mecum est. si esuriero non
dicam tibi, meus est enim orbis terrarum, &
uniuersa quæ habitant in eo. Nunquid man-
ducabo carnes taurorum, aut sanguinem hir-
corum potabo? quasi diceret. Nunquid car-
neus est Deus, vt ex his aliquam utilitatē ca-
piat, aut hisce cibis vescatur, aut sufficibus
pinguedinis & carnium nidoribus deleetur?
Nam de demonibus, an ex istis aliquam
delectationem capiant, vt pro statu suo pos-
sunt, contentio esse videtur. Basil. super cap.
10. Ela. ac Orig. lib. 7. contra Celsum, affirma-
revidetur. Porphyrius dubius atq; anceps
apparet, vt constat ex Theodoreto lib. de
curandis Græcorum affectibus cap. 3. de diis
& demonibus. & cap. 7. de sacrificijs. & ex D.
Cyrillo lib. 4. contra Julianum, licet de malis
expressè affirmet lib. 2. de abstinentia ab ani-
malibus. August. vero li. 10. de ciuit. illos nō
delectari cadaverinis nidoribus afferit, sed
diuinis honoribus. Sed reuertamur vnde di-
gressi sumus, clarissimus etiam id probari vide-

X tur

39. Sacrificium & oblationē nō
nisi, aures autem perfecisti mihi: holocaustū
& pro peccato nō postulaſti. Quem locūdi
tinus Paulus tractans ad Hebreos 10. ſic cl
re exponit, vt cum tantus acceſſerit inter
pres: omnium aliorū interpretatio facellat,
reius verba ſunt: Imposſibile eſt ſanguine
taurorum aut hircorū auferri peccata, id eſt
ingrediens mundum, dicit: Hostiam & obla
tionem noluiſti, corpus autem aptasti mihi:
holocausta & pro peccato non tibi pla
cuerūt: tunc dixi: Ecce venio: Superius dicens
quia hostias & oblationes & holocausta
ſunt, & p. peccato noluiſti, nec placita ſunt tibi
qua ſecundum legem offeruntur, tunc dixi,
Ecce venio; vt faciam Deus volūtatem tuam.
Sed vltterius pergamus, & alios prophetas.
ſtendamus in hoc conſenſiſſe. Sic apud Eſaiā
cap. 1. legimus: Quo mihi multitudinē viſi
marū veſtrarū dicit Dominus? Plenus ſum.
Holocausta arietū, & adipem pinguium, &
ſanguinem vitulorum, & agnorū, & hirco
rum nolui. Cum veneritis ante conſpectum
meum, quis haec quæſiuit de manib⁹ ve
ſtris ne offeratis vltra ſacrificium fruſtra. Et
cap. 43. vt citatur à Theodoreto lib. 7. de
ſacrificijs.

ſacrificijs (Nam Latina noſtra editio paulo
aliter habet) Non te vocau iacob ne labo
rare te feci Israel, non tulisti mihi pecudes
oblationis, neq; in ſacrificijs tuis glorifica
ſtūme, non ſeruisti mihi in muneribus, nec
laborare te feci in thure, neque comparasti
mihi argento Thymiam, neque adipem vi
ſtimarum tuarum concupiui. Ostendit le
galium victimarum species eſſe inutiles.
Subdit Theodorus: Simile per Hieremiam
cap. 6. dicebat: Vt quid mihi thus de Sa
ba offertis? & calatum ſuaueolentem de
terra longinquā holocausta veſtra non ſunt
accepta, & viſtimæ veſtrae non placuerunt
mihi. Et cap. 7. Vt quid confiditis in verbis
mendacij qua eſt non proderunt vobis? Tem
plum Domini, Templum Domini, Tem
plum Domini. Et cap. 14. Cum ieuniaue
rint non exaudiam preces eorum, & si ob
tulerint holocausta & viſtimas, non fuſci
piam ea. Amos 5. Proieci festiuitates ve
ſtras, & non capiam odorem cœtuum ve
ſtrorum; holocausta veſtra non fuſcipiam.
Malachias. 1. Non eſt voluntas mea circa
vos, dicit Dominus, & ſacrificium acce
ptum non habebo ex manib⁹ veſtris, &
denique

denique toties omnia quæ illius sunt legis
reijcit, & afferit non probare, vt frustra in
re non necessaria immoremur, in adducen-
dis testibus, à qua difficultate facile se ex-
pediunt. Diuus Cyprianus lib. 1. aduersus
Iudæos cap. 16. Et Tertullianus lib. 2. aduer-
sus Martionem, & Irenæus, & Hieronymus
Esaiæ 66. vt alios mittam. Aiunt enim hæc
omnia prophetarum dicta, quibus afferitur
Deum sacrificia illa noluisse, nec postulasse
esse intelligenda post Christi tempora, & le-
gis euangelicæ promulgationem, quando
oblato illo vnicō sacrificio Christi in aracru-
cis omnia illius legis cessauerunt, & non so-
lum ociosa, sed & mortifera esse cæperunt,
quesijs letamē aliquo tēpore videtur affirma-
re, & illa fieri postulasse, ac sibi placuisse. Ve-
rum D. Hiero. solertissimus prophetarū in-
terpres, contrarium affirmare videtur Esai. 1.
& 6. Deum, scilicet, illa sacrificia nunquā vo-
luisse. Cùm enim propheta Esaias dicat: No-
lui, præterito vtens, se nunquam voluisse af-
firmat. Præteritum enim tempus omne tem-
pus includere annotauit ipse Hierony. Ma-
lach. 1. Pro hac re est locus præclarus psal. 1.
Vbi beatus dicitur, qui in via impiorū non
abijt:

abijt: at non sufficit non abijisse, sed necesse
est, quod nec abeat, necabiturus sit. Idem
notauit Ambro. ad Roma. 1. & lib. de Abra-
ham cap. 8. & adducit locum Matth. 3. Hic
est filius meus dilectus, in quo mihi bene
complacui, cum semper in filio acquiescat
pater. Annotauit hoc etiam R. D. Kimhi in
psalm. 4. & docuit hoc Aristote. lib. 4. phy-
siconum, & Plato in Timæo, quod tempus
præteritum, præsens, & futurum includat,
& appellatur à Græcis iste modus loquen-
ti antichronismos. vt annotauit Eustachius
Iliados 1. & à sententia Hierony. stare pri-
mum videtur, quod Deus cum spiritus sit,
nihil utilitatis ex huiuscemodi animalium
mactatione percipere potest. Nam quid pre-
cor cælestis in se boni potest habere pecu-
dum sanguis effusus? nisi forte existimemus
Deum eo vesci quod homines aspernantur
attingere? Quid cōmodi Deo prouenire po-
test opimas & pingues hostias, quasi esuri-
ti mactare? profundere vina tanquā sitienti?
nequaquam ergo credere par est, Deum qui
in spiritu & veritate coli vult, hæc aliquan-
do quæsiuisse, tanquam sibi placerent, aut
huiusmodi mactationibus placari debuisse.

Iod. 4.

COMMENTARIA IN

Sed potius mente pura, sancta, & iusto animo & pectore. Hoc gratum est sacrificium in quo mens colentis seipsam Deo immaculatam victimam sistit. Qui innocentiam colit Domino supplicat, qui iustitiam Deo libat, qui fraudibus abstinet propitiatus Deum, qui hominem periculo surripit, opimam victimam cedit. Et ita Porphyrius lib. 2. de abstinentia: Oportet ut similes Deo effecti nostrâ ipsorum mêtis eleuationem sacram hostiâ Deo offeramus. Tum si gentilium sapientes atque poetas merito reprehendimus, quod Deos suos afferant fusis libaminibus gaude-re, eaq; potissimum cauila libéter ad Aethio-pù sacrificia proficisci: & Hectoré illis valde fuisse charû quod illorum aras sacrificijs huiusmodi nûquâ vacuas passus est esse, & deniq; ista querere & postulare ab hominibus: quid afferemus nos, Deo placere ista aut tantâ valoris esse ut hisce delectetur? hisce placari possit? minime quidé. quod & ab ipsis rum sapientibus reperiemus fuisse reprehensem. Sic Senecam apud Lactantium inuenimus lib. 6. cap. 25. dixisse: Non immolationibus & sanguine multo coléodus est Deus, sed mente pura, bono, honestoque proposito.

Non tem-

Non templa illi congestis in altitudinem axis struenda sunt, in suo cuique cōfescrandus est pectore. Quod clarius apud Trismegistum reperimus in dialogo quem Pythagorium appellauit. Cum exaudisset Aſtepium quærentem à filio suo, Vtrum placeat patri eius offerri thus, & alios odores ad sacrificium Dei, exclamauit. Bene bene, ô mi nate: est enim maxima impietas, tale quid de vno illo ac singulari bono in animu inducere. Hæc & his similia huic non conueniunt, omnium enim, quæcunq; sunt, plenus est, & omnium minime indigens. Nos vero gratias agentes adoremus. Huius enim sacrificium sola benedictio, summus Dei cōlèdi ritus est, ex ore iusti hominis ad Deum directa laudatio: quæ tamen ipsa, ut Deo sit accepta, & humilitate, & timore, & deuotione maxima opus est. Et D. Cyrillus lib. 9. contra Iulianum, Poëtæ cuiusdam verba ad hoc adducit, quæ sic habent:

τις ἄδει μόνος καὶ λίαν αὐτοπάτερ
εὐτέλειος αὐτὸς εἴη, οὐτίς εἰσιε
οὐ τοῦ αὐτού εγώ, καὶ χολῆς πυροφύλε
λα καὶ πυροῦ πυροῦ τούχη βράσιμη
χαῖρες ἀποτίλεις καὶ γέρεας λαχεῖ τίδε.

**Quis est adeò stultus, quis adeò credulus
Et impritus, ut deos ipsos putet
Fumante bili, et carne nudis ossibus
Que vel laborans famæ non esset canis
Latari, et ipsum id accipere honoris loco?**

Neq; opus esse censeo in re tā manifesta im morari, plura licet reperire apud Arnobiū lib.7.contragētes, & apud Eusebium lib. de præparatione euangelica 4.cap.4.&5. Theodoretum & Cyrillum & alios. sed adhuc sententiam Hiero. cōfirmemus. Nam aliás, si illa sacrificia aliquando Deo placuissent, nō alia ab illis cultoribus Deum exegisse scripturæ sacræ demonstrarent. At frequentissime legimus illis repudiatis, alia quæ sibi placerét efflagitasse, non ergo credendum est illa voluisse. Sic psal.4.cūm explicaret Dauid, quale ex hominibus Deus sacrificium vellet, inquit, sacrificeat sacrificium iustitiae, & sperate in Dño. Quæ verba explicás Aug. inquit, Sacrificium iustitiae, quod Deo offerendum præcipit, est: Cor contritum & humiliatum, hoc enim sacrificium, nunquā despicit Deus. Sic psal.26.Circuiui & immolaui in tabernaculo eius, nō animalia, sed hostiā iubilatio- nis .sic psalm. 68.Laudabo nomen Dei cum cantico, magnificabo Deum in laude, & plæ- cebit

cebit Deo super vitulum nouellum cornua producentem, & vngulas. & psal. 105. Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. & psalm.49. cūm illorum sacrificia, & animaliū mactationes repudiasset: Quid inquit, est quod Deo placet? Immola Deo sacrificium laudis: Redde altissimo vota tua. Oseaz 14. Reddemus tibi vitulos labiorū nostrorum. Tertiō confirmatur Hier. sententia, nā si placerét hæc deo, & voluisset huiusmodi sacrificia sibi offerri, non locum vñū assignasset, non certa animalia definiuisset, non hominum genus aliquod designasset, sed ubique, & quæcumque, & à quibuscumque offerri voluisset. Et deniq; ex sanctorum patrum sententijs, quas in medium adducemus, hæc sententia comprobatur, sed ob- jectionem in principio factam dissoluamus) Nam si verum est, huiusmodi sacrificia Deum nunquam voluisse, quid ergo tanta diligentia in lege fieri præcepit, quod nobis obijciebat Iulianus imperator, vt cōstat ex D.Cyrillo lib.4.cōtra ipsum: Si Græcorū, dicebat, sacrificia taxas, & criminis non paruirem esse ponis, necesse etiam erit Mosaicam legem accusare, præcepit oues mactare, & si-

milibus modis Deo offerre donorum oblationē. Ventum est ad ipsum articulū, vētū est ad ipsius rei cardinē. Vt ergo hunc disoluamus nodum, illud ex sanctorum patrum lectione primum colligemus, quod licet verum sit summa cura, summaq; diligētia sacrificiorum genera, in veteri testamēto fuisse præcepta, tamen ne quaquam Deo hæc volente aut postulāte data fuisse, sed iudæorū duritię illa cōcessa esse à coacto Deo, nam si diligenter ipsa veteris testamēti volumina euoluamus, reperiemus huiusmodi de sacrificijs leges ne quaquam fuisse à Deo cōcessas primum de Aegypto egressis, quod assertum reperimus apud Hieremiam cap. 7. Non præcepi, inquit, patribus vestris in die qua eduxi eos de terra Aegypti de verbo holocaustum seu victimarum, sed hoc dixi eis: Audite vocē meam, & ero vobis Deus. De qua re videndus Irenaeus lib. 4. cap. 28. & 29. & sic R. D. kimhi in psal. 39. dicit: Quod principium præceptorum Dei ad Israelē non fuit, nisi vt audiret vocem suam. & sic Exod. 15. in Mara dixit, Si audiēdo audieris vocem Dei, & quod rectum est in oculis eius feceris, &c. Leges autē illas de sacrificijs D. Tho. affirmat

affirmat, 1.2. q. 102. datas esse, postquam populus ille adorauit vitulū in Oreb. & sic R. D. kimhi loco citato dicit, quod nisi peccasset filij Israel illo peccato, leges de sacrificijs illis non fuissent concessæ. At ne huiusmodi sacrificia falsis dijs offerrent iudæi, maluit potius sibi quam dæmonibus offerri, vt assent Hieron. & super Ierem. cap. 7. & super Isa. cap. 1. vt sic illos in officio contineret. & ita Tertullianus lib. 2. aduersus Marcionem cum hunc nodum dissoluit fol. 183. sic ait: Sacrificiorum onera & operationum, & oblationum negotiosas scrupulositates nemo reprehendat, quasi Deus talia sibi proprie desiderauerit, qui tam manifeste exclamat. Quo mihi multitudinem sacrificiorum vestrorum? quis quæsiuit hæc de manibus vestris? sed illam Dei industriam sentiat, quæ populum prouum in idolatriam & transgressionem, eiusmodi officijs religioni suæ voluit astringere, quibus supersticio seculi agebatur, vt ab ea auocaret illos sibi iubens fieri quasi desideranti, ne simulachris faciēdo delinquerent. Hæc ille. Diuus Chrysostomus homil. 18. super episto. ad Hebræos, explicans verba illa psalm. 39. Vt faciam

Vt faciam Deus voluntatem tuam, quoniam sacrificia non mundant homines, sed voluntas Dei: proinde igitur sacrificare non est voluntatis Dei. Et quid miraris, si nunc non est voluntatis Dei, siquidem nec initio diuinę voluntatis fuit? Quis enim, inquit, qua siuit ista de manibus vestris? quomodo ergo ipse imperavit, condescendens? hæc ille. Euthymius in psal. 50. tractans illa verba: Quoniam si voluisses sacrificium dedissem, quaerit, Quomodo David si intelligebat hæc nequaquam placere Deo, sæpius postea sacrificia obtulit? Respondet, illud non ex proposito, nec ex propria voluntate egisse, sed legis reuerentia, & quia noui sacrificij dies nondum venerat. Theodoretus de curandis Græcorum affectibus cap. 7. Cum ostendisset varios esse gentilium sacrificandi ritus, sic ait, Hæc autem ipsi retorquere fortasse audebunt in verum ac sempiternum Deum, audiuntem & in sacris monumentis leges de sacrificijs latas extare, verum isti confilium, mentemque latoris Dei profus ignorant, Israelem enim longinquum tempus in Aegypto versatum, prauisq; moribus illius regionis imbutū, ab Aegyptijsq; perdoctum

perdoctum idolis ac démonibus hostias immolare, ludis præpterea choreisq; affuetum, ac musicis organis oblectari, iamq; in harū rerum habitum constitutum, liberare Deus desiderás, sacrificare quidem permisit, non tamen omnia, nec falsis Aegyptiorum Dijs, sed sibi soli ac vero Deo; Aegyptiorū Deos sacrificium victimamque offerre, & subdit: Ne itaq; indignarentur si viderent antiquo illo rei diuinę ritu sibi penitus interdictum, prohibuit eos rē diuinā illis facere, qui dij veri nō erant, contraque lata lege eis edixit, ut sibi vero Deo in sacrificium victimamq; offerrent, quęcunq; prius impie venerati fuerant. & subdit: Itaq; sapientissimus medicus hoc remedij genus adhibuit Aegyptiæ egritudini, dum sacrificare quidem ludēs ad eorum imbecillitatem indulxit. & post pauca concludit, Haud itaq; victimarum indigens Deus, nidorisue appetentior sacrificia illa instituit, Sed vt imbecillitati eorum sapienter hoc pacto leniterq; consuleret. Hæc ille. Et D. Cyrilus lib. 4. contra Julianum eidē obiectioni prolixè satis respōdet, Sed nōs breuius eius sententiam transcribemus: Permisit inquit, priscis, cruentis uti sacrificijs, dispensatio quæ-

tio quædam erat. non tanquam rei necessariæ mentio: Nec enim sanguine Deus habet opus, nec tam crassum & carnalem requirebat cultum, sed tenuem ac spiritualem, quoniam autem quodammodo impossibile erat, nuper & vix abductum Israelem à foedis & irreligious moribus & abominatione Aegyptioru, cù adhuc imbecillā haberet mente à consuetudine remouere, legē illis instituit per Moysen, permisitq; tūc subditis cultū iuxta priscorum consuetudinē. Et lib. 9. cōtra Iulianum, post multa quæ de hac re sapienter dixerat, subdit: Ad illud autem nūc eundū, vt recte doceatur, quod legalis cultus, quantum ad litteras & figurās attinet, ex voluntate Dei non fuerit, vbique enim per prophetas hoc dicit, & hoc ex prophetis docet, & D. Augustinus lib. 18. contra Faustum cap. 2. De sacrificijs, inquit, frequens est sermo, Deum misericordiam velle, non sacrificium. & cap. 6. De sacrificijs autem animalium quis nostrū neciat, magis ea peruerso populo congruenter imposita, quam Deo desideranti oblata. Rupertus Abbas super 6. cap. Esaiæ: Non me volente, inquit, Moyses instituit ista sacrificia, sed permittente,

quia

quia aliter non poteratis à consuetudine arceri, sicut & libellum repudij dedit ob duritiam cordis eorum. Et lib. 5. de victoria verbi cap. viii sic ait: Secundum permissionem loquutus est Dominus legem cæmoniarum siue sacrificiorum. videlicet, cōsiderando tūc temporis qualitatem hominum, qui tique ab huiusmodi sacrificijs arceri non possent, & si nō liceret eis Dño carnes sacrificare, sine dubio dæmonibus sacrificarēt. & Rabbi Moyses Aegyptius lib. 3. directionis dubiorū cap. 33. prolixè satis hāc sanctorum patrū sententiā multis adhibitis exéplis explicat, & licet affirmet omnes quos ipse visitat Iudeos de hac sententia dubitasse, ipsa tamen afferit esse veram. Et quidē tot patrū tam cōmunēm cōsensum in medium attulimus, vt disputationis nostræ difficultatē consideras diligēs & acut⁹ lector, nō sine maxima ratione nostra longa fuislevis digressione intelligat, ex eorū em̄ citatis verbis, quāti sancti patres illi⁹ legis sacrificia faciāt facile coligemus, cū pmisisse illa Deū pleriq; afferat, & inutilia Theodoreetus appellat, & non ex proposito à sanctis viris facta addat Euthymio, & duritię Iudeorū coactū illa tradidisse omnes

omnes fateatur. Verum præcepisse legimus, atque lege lata sanxisse: quæ diuinæ voluntatis indicium nobis præstat, & indè efficiunt illa fieri voluisse, & cum fieret sicuti ipse fieri mandauit, grata sibi fuisse, & illud attulisse offerentibus cōmodum, ad quod affere dum erat instituta. Nam cum sacrificia illa offerre, virtutis religionis, & pietatis actus esset, non poterat non placere Deo, non poterat non illi esse gratus, nisi aliunde vitiaretur, nō poterat esse inutilis offerentibus. Ad de quod natura ipsa nos docet, Deū esse cui sacrificia sunt offerenda, tā in gratiarū actionem pro beneficijs ipsius, vt ad fontem illius vnde emanarū referatur omnia, quā vt erratorū veniam consequamur: nec solū hoc interius debere fieri, sed etiam exterius: Quippe cum animo corporeque constemus, animo atq; corpore à nobis colendus est. Sed quod hoc, vel illo oblato sacrificio exteriori id fieret, nec natura præfixit, nec Deus ipse lata lege cum primum hominem cōdidit, sed indifferens reliquit, quo cunq; loco veller, & quomodo cunq; veller homo offerret, quo interioris animi religionem testaretur: licebat ergo hominibus libere de bonis

bonis suis aliquid Deo offerre, siue fruges siue arborum fructus, siue animalia quæ magis ad hominum naturam accedere viderentur, cum & animata sint & sensu prædita aliquo: nec poterat non gratum esse Deo, quod pia religione offerebatur. Cum ergo lata lege, quæ sacrificia exteriora ipse vellat præscriperit: non possum animo comprehendere, quomodo quæ sic offerrētur non placeant, non grata essent, non maximam utilitatem afferrēt ita offerētibus. Accedit & his quod in sacrificiis litteris legimus, priscos illos viros Deo amicissimos, quos multum laudibus ipsæ efferunt, animaliū sacrificia litaliſſe, & huiusmodi offerre primum instituisse. ob tulit Abel, ad quem Dominum respexisse le *Genes. 4.* gimus, de primogenitis oviū suarū: & Noe, *Genes. 8.* quem uirum inuenit Deus qui præ omnibus illi placeret, ex tanto periculo liberatus, statim de cunctis pecoribus, & de cunctis volucribus munera obtulit gratissima super altare, odoratusq; est Dominus suauitatis odorem. Abraham etiam sacrificans scribitur, vt alias omittam, quos certo sacra fecisse credimus, licet id scriptura taceat. At huiusmodi excogitationem temere extitisse aut

humano ingenio exortam vix adduci poteris, ut credas. Sed diuino potius nutu insinuatam: quomodo ergo coactum esse dicemus Iudæorum duritia hæc instituisse sacrificia, quæ tam longo seculorum spacio recte facta fuisset legimus? Eusebius Cæsariensis lib. i. de demonstratione euangelica, cum de veterum patrum sacrificijs disputaret, ait, viros illos sanctissimos facile cognouisse, magno se indigere obsequio erga Deum, si sua ipsorum delicta diluere vellent, intellexisse se precium debere ei, qui vitam animamque dedisset: Sed cum nihil præstantius aut pretiosius anima sua haberent quod dicarent, pro hac interim animalium vitam offerebant, ita suæ ipsorum animæ sacrificiū illud comparantes, quasi quoddam animatum precium Deo reddentes, Tum propheta cum essent, præuidebant illustrem quandam & magnam hostiam ad homines olim venturam, quæ totius mundi expiatio existeret, cuius signa & notas ipsi tunc obibant: & cum præstatoria non haberent quæ Deo offerrent, in his signis detinebantur, & vmbbris vèturi nostri sacrificij. hæc ille, & Iudeis go ex Aegypto egressis, idem facere prorsus li-

sus licuisse, quod à parentibus suis fieri debere accepissent, nemo negare potest, cum nec ipsi præstantius aliquid haberent quod Deo offerre possent. At in ea re ab illis erat omnes videmus, quod conflatili vitulo eos honores retulerunt, quos liberatori Deo erant relaturi, non autem quod vitulos aut arietes litassent, cum nec tunc quidem à Deo esset præscriptum, quid sibi vellet offerri. Postquam autem præscripsit, melius quam antea Deo placere debebant, & ad illa respicere: & odorē suavitatis odorari. Ecce ergo hisce argumentis probari quidem videatur, vetusta illa sacrificia, non solum permissa fuisset, sed nec ab illius legis cultoribus esse contemnenda: quin potius magnificienda, cum si rite fierent, illis placaretur Deus, & efficeretur propitius atque erratorum veniam condonaret, & sic offerentes, misericordiam impetrarent. Quæ omnia colligi videntur ex verbis Danielis cap. 3. Cum enim pueri illi in maxima essent angustia constituti, ad Deum animos leuantes suos inter alia hæc asserunt. Et non est in tempore hoc, nec holocaustum, nec sacrificium, neque oblatio, neque incensum, nec locus

Genes. 4. primitiarum coram te, ut possimus inuenire misericordiam tuam, quasi affirment, si ista adessent, misericordiam possemus facile inuenire: Cū vero hēc omnia desint, ad ultimam anchoram cōfugimus, ut in animo cōtrito, & in spiritu humilitatis suscipiamur, ad internum inquā sacrificium, cū externū desit: sicut in holocausto arietum & taurorum, & sicut in millibus agnorū pinguiū, sic fiat sacrificiū nostrū in cōspectu tuo hodie, vt placeat tibi, scilicet ac si eo modo illa tibi offerrētur. Iam ergo, ut hēc omnia quæ tātū discordare vidētur, in cōcordiā redigamus, primū, duo esse sacrificiorum genera statuamus: alterū, interius, exterius alterū, quod in terioris quo animus Deo se offert signū esse debet. Secūdum, quodcūq; sacrificiū, vt Deo placeat, ab illo pcedat oportet qui & gratius Deo sit, & cius amicus. Prius em̄ offerentē respicit, vt in Abele factū esse legimus, nā iniquorū dona Altissimus nō probat, nec respi

Proverbiis. cit in oblationes iniquorū, nec in multitudine sacrificiorū eorū propitiabitur peccatis, & victimæ impiorum abominabiles sunt Domino. Docebat hoc D. Cyrillus lib. 9. contra Julianum, cuius verba sunt: Quod autem

autem illis in quibus non est bonorum splendor, omnino inutilis sit cruentorum sacrificiorum virtus, ipse tibi fidem faciet legislator, dicens per Hieremiam: Cum ieunauerint nō exaudiam deprecationes eorum, & si obtulerint holocausta non approbabō ea. Et iterum: Super quem respiciā, quam super mansuetum, & trementem sermones meos. Qui autem iniquus est, sacrificans mihi vitulum, sicut qui occidit canem: quiautē offert similam, sicut qui offert sanguinem porcinum. Et Iob, Dominus, inquit, nō abiiciet innocentem, omne autem donum impij non recipiet. Dixit & alibi sapiēs: Sacrificium ab iniusto oblatio maculata. Hæc ille. Et Hier. in Ecclesiast. cap. 4. Stulti, inquit, existimāt oblatione munera, Deo satisfacere posse pro peccatis, ignorantes hoc quoq; malum esse atq; peccatum: non obedientia & operibus bonis, sed donis & victimis emēdare velle qđ fecerūt. Et Porphy. lib. 2. de abstinentia: Numen, inquit, magis ad sacrificantiū animum & mores, quam ad hostiarū copiam spectat, Et alibi: Oportet igitur vt expurgatis moribus ad Deos accedamus. Imo apud Plautum sic legimus: Hoc in animū scelēsti inducunt

suum, Iouem placare se posse omnibus hostijs, & operam & sumptum perdunt, atque id ideo fit, quia nihil ei acceptum est a per iurijs. hoc autem sic clare à Christo in euangelio est traditum vt non indigeamus alio, rū. testimonij, Matth. 5. si offers munus tuū ad altare & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliare fratri tuo, & tum veniens offeres munus tuum. Itaque huic difficultati aliqui respondēdum censem, quod cum prophetæ veteris legis sacrificia repudiant, eò quidem faciat, quia nequā essent qui illa offerebant. Esaias certe rationē hanc assignare videtur: Quia manus vestræ, inquit, sanguine plenæ sunt, & sepius prophetæ hāc causam tradūt. Sed neque hēc responsio omnē difficultatē, mea sentētia, euacuat: nam præterquā quod semper Deus septem millia viroru sibi reliquit, qui nō curuauerunt genua ante Baal, & semper iusti aliqui in illo populo fuerunt: tamen qui hic loquuntur, cum resipiscentes, dixerimus quærere quid Domino offerrent, & nequaquam istis placari posse affirment, non ea ratione id videntur afferere.

tere, quod iniqui essent, qui illa offerebant, quod ipsi non ignorabant: sed quia hēc non tanti momenti etiam apud illos essent, vt Deum hisce placari arbitrarentur, præterea nā prophetæ illos displicere Deo dicerēt, nec opus esset toties quæ ab illis offerebātur cōnumerare. Tertiū etiā statuam⁹ duo esse quæ Deo in sacrificiū offerre possumus, & nos ipsos, animū, scilicet, & corpus: & bona nostra, vt omnia quæ demanu eius accepimus reddamus illi. Animū offerri sibi semper postulat, id illi semper placet, ad id semper respicit, hoc est sacrificium Deo gratissimum animus agnoscēs admissa criminā, & qui ob ea mōerore afficitur. Sacrificiū Psalm. 50 Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus nō despiciet. Huiusmodi sacrificium scriptura appellat sacrificium iustitiæ: sacrificium laudis: sacrificium iubilationis: animum autem nostrum Deo offerimus per deuotionem, per orationem, per animi deiectionem & humiliationem: & sic per prophetashuiusmodi sacrificiū fieri semper exposcit, Deus sic Paul. ad Hebr̄os vlti. dicit. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confi-

confidentiū nomini eius, talibus enim hostijs
Deus placatur, inquit, & propitius redditur,
Corpus vero non omni modo Deo offerre,
licet, sed moderate maximaq; adhibita ra-
tione, neque enim corpus sic ieunijs afflige-
re, aut flagellis cedere possumus, etiā si id pro-
pter Deum fiat, vt nos ipsos interimamus:
quod nos docere voluit Paul. ad Rom. 12. Ob-
secro fratres per misericordiam Dei, vt exhi-
beatis corpora vestra hostiam viuentem, san-
ctam, Deo placantem, rationabile obsequiu-
vestrum. haec tenus offerendum est, vt in obse-
quiū spiritus redigatur, quod vt placeat,
prius animus purgandus est. Nam aliás dice-
tur nobis: In die ieuniij vestri adimpletur
voluntas vestra. Bona etiam nostra offerre
possumus, & hoc dupliciter: Primū, si bona
nostra in ipsius honorem & cultū proximis
cōmunicemus, Secūdū, illa immediate Deo
offerendo, sicut in lege præcepit vitulos, &
arietes sibi maestari. Illud bonorum primū
sacrificium, quod semper fiat illi placet, sem-
per approbat. Sic Paulus inquit, Beneficētia
& cōmunionis nolite obliuisci, talibus enim
hostijs placatur Deus. Siue, placetur Deo. v-
trunq; melius quam quomodo vulgo habe-
bemus.

Esaie . 57.

Ad He. 13.

bemus, promeretur Deus. Græcè est, *λαύραις*
γενεράτιον εὐαγγελίας τοῦ θεοῦ. q̄ etiā posset verti: Pro-
pitiatur Deus, siue litatur Deo. Bona cōmuni-
care hostiā appellat, quæ Deū p̄pitiū faciat,
eo modo quo dictum est, eleemosinam ex-
tinguere peccatum. Et sic Daniel Nabucho-
donosorem hortabatur, O rex, consiliū meū
placeat tibi, & peccata tua eleemosinis redi-
me, & iniusticias tuas in miserationes paupe-
rum, sic forsan propitiabitur Deus. Hæc tria
sacrificiorū genera in omni lege exquisiuit
Deus, omni tempore illi offerri placuit. Nā
cum hæc facere virtutum actiones sint, non
poslunt non placere Deo, cui omne quod bo-
num est, placet. At bona nostra Deo imme-
diata offerre, vitulos, & arietes iugulare in
eius cultum & honorem, cum non aliunde
bonitatem sortiatur, quam quod in Deum
referatur, nec aliunde laudem habeat aliquā
huiusmodi offerre bona, proprie sacrificia
appellamus, atq; tūc virtutis religionis actus
sunt, cum in Deum referuntur. Hæc semper
sibi fieri voluit Deus (interim dum illustre
illud Christi R.N. sacrificium litabatur) nō
quod illis ipse indigeret in cibos, cuius sunt
omnia, neque quod ex illis delectionem
Y 5 caperet

caperet vllam, spiritus cum sit, sed ictis exte-
rioribus interioris animi religionem osten-
di voluit, sicut priscos illos patres fcisse legi-
mus. quod si in ethnicis reprehendimus hu-
iusmodi animalium mactationes, non eo fit
quod ista offerre malum esset, sicut Porphy-
rius & Theophrastus putarunt, cum prorsus
hoc sit indifferens, sed quia dæmonibus illa,
& non Deo offerebant, omnes enim dij gen-
tium dæmonia. Tum, quod eis indigere suos
arbitrabātur Deos in cibos, & ex huiusmodi
nidoribus delectationē capere, atq; hostijs
multis litatis omnia saluafore pollicerētur.
Sicut de Chryse apud Homerum legimus
qui nihil aliud coram Deo proponebat, quā
quod multa semper animalia obtulisset, vt
sic exaudiri mereretur, animi interioris aut
morum nulla habita ratione. Et vltierius ad-
uertendum est, hoc Deū ab hominibus præ-
cipue requirere, vt eius cognitionem habeat
& intelligant, vnde ad eos omnia bona pro-
ueniant, & in gratiarum actionem pro bene-
ficijs acceptis diuinis laudibus ora cōpleāt,
se totos illi subdant, eius voces libenter au-
diant, eius dictis obedientiam præstent, sic
Ecclesiast. 17. poluit oculum ipsorum, super
corda

corda ipsorum ostendere illis magnalia o-
perum suorum, vt nomen sanctificationis
collaudent, & magnalia enarrant operum
eius. Sic Moyses frequēter hortatur, vt Deū
audiant, eius dictis obedient: Ipsi, inquit,
Deuterono. 10. adhærebis, ipse erit laus tua.
in hoc incumbere homines debent, vt Deū
quem cognoscunt, laudibus celebrent, se
ipsos & sua omnia illi tradant, & vocibus
& signis quibusdam exterioribus interio-
rem mentem significant. At cum primum
homines condidit, liberum ipfis reliquit si-
gna eligere, quibus hoc fieret ab ipsis, non
præscripsit hæc, vel illa bona sibi magis pla-
cere, cum nullius egeat, non his vel illis ma-
gis delectari, cum hisce non delectetur, spi-
ritus eī est: Sed pro libito hæc omnia fieri
reliquit. Verū cum illi placuit populum
illum Iudaicum, peculium ex cunctis genti-
bus eligere, legem illis dare, qua ab illis co-
gnosci posset, & doctrinam tradere, atque
erudire, quomodo illi placerēt, & quid ex
illis maxime exquireret, hoc præcipue sua
lege intendebat: vt eum omnium autho-
rem esse cognoscerent, & omnium libera-
torem: solum hoc ab illis exigebat, vt cum
audirent,

audirent, ei obedientiam præstarent, legem in tabulis scripsit, quā seruari iussit. Verūm cum inter Aegyptios versati, templafalsis dicta Dijs frequenter vidissent, cum aliquos in sacerdotes segregatos, vt templorum ministerijs vacarent, & animalium varia mactationes falsis dijs à sacerdotibus offerri (ad hæc omnia à dæmonibus delusi) cum vix & maxima cum difficultate ab istis arceri possent, quin vel Deo ista, vel dæmonibus offerrent, sicut vitulo in Oreb fecisse legimus, eorum saluti consulens (quippe cū eorū esset amantissimus) quæ ipsi falsis dijs erant oblaturi, sibi fieri iussit, mallēs sibi offerri quam illis, vt vel sic eos in officio contineret, quod aliās difficillimū erat. Sic ergo permisit (vt sancti assenserunt) animalia quæ falsis dijs erant offerenda sibi litari, non quod malum ex natura sua hoc erat, cum à sanctis in lege naturæ sancte & religiose fieret, & ab illis sancte & religiose fieri posset: Sed illud quod si ipsi sibi relicti offerrent, malū esset, cū falsis dijs essent oblaturi, sibi offerri iussit, atq; de his mactationibus leges sanxit, modūq; præscripsit, & hoc, vt sancti referunt, eorū duritia coactus. Nā nisi adeo duros &

pro-

pteruos eos reperisset, & ad idololatriā prōnos, pro libito facienda hæc omnia, sicut in lege naturæ reliquisset, & vbiique sacrificia offerre liberū esset, sicut olim patrib⁹ fuerat, & nobismodo liberū est. Vbiq; enim offer- Malach. 1.
tur oblatio mūda: & veri adoratores vbiq; Ioan. 4.
adorant Dñm. Sic Sophonias: Adorabunt Cap. 19.
cum vnuquisq; de loco suo. Et Esaias: Erit al-
tare Dñi in terra Aegypti. Sic i. ad Timoth.
2. Volo viros orare in quo quis loco, ad colen-
dum Deum propriè designato, vt explicat
D. Basilius. Nec templum fieri in vno pecu-
liari loco, & non alibi statuisse, & vt in illo
solum sacrificia offerrentur, sed vbiq; aram
cōstruere, sicut & modo vbiique templū eri-
gere liceret. Sed nec hæc aut illa, hoc vel illo
modo litare præcepisset, verū hæc omnia si-
cut in lege naturæ reliquisset. & sicut tūc libe-
rum vnicuiq; erat Deo sacrificia offerre, ne-
que aliquis in lege illa à Deo est institutus sa-
cerdos, neque aliquod sacerdotium peculia-
re est institutum, quoquidā fungerentur, &
non alij, sic & his liberū esset, vt illo modo
quisq; sacerdos esset, & Deo sacrailitaret, si-
cut & priscos viros credimus fecisse, licet
scriptura taceat: & hoc ab Anacleto Papa, in
epistola

epistola de ordinatione episcoporum affirmari existim: Cum, inquit, initium sacerdotij Aaron fuit, licet & Melchisedech prior obtulerit sacrificium, & post hunc Abraham, Isaac, & Iacob, sed hi spontanea voluntate, non sacerdotali authoritate. Cæterum Aarō primus iubente Dño victimas obtulit. Hæc ille. Quæ verba repetuntur in conc. Aquilgranensi cap. 9. & sicut modò etiam omnes Christiani sacerdotes dicuntur, ad offerēda corpora sua, & laudes Deo decantandas; & sicut ex omnigente sacerdotes fieri, & in ecclesia institui, & initiari à prælatis ad illustre ecclesiæ ministerium exercendum tradidit, sic & tunc fieret. At omnia ista legibus quibusdam præscripsit, & quod non nisi vnicū templum, & tali in loco, & quod in illo solum sacrificia offerrentur, & nō nisi certa, & determinata animalia, & tali modo: & quod ex vna tribu, & ex vna gente sacerdotes constituerentur, præscripsit omnia, & pauca reliquit hominū libertati determinanda in illa lege, propter eorum duritię & pronitatem ad idolorum cultū. Cùm plura antea, & modò in lege euāgelica libertati nostræ reliquerit, vt docet D. Tho. 1.2.q.108.art.1.neq; eorū libertati

libertati quid ista referreret reliquit, sed cum vnicō sacrificio Christi R. N. omnia essent hominū cōdonanda peccata, hæc omnia sic instituit, sic sanxit, sic ordinavit, vt illud omnia referrent, illius significationem haberet, huiusmodi reb⁹ illius fides potestaretur, voluit his vilibus & indignis mactationibus figurari, cū pro nobis factus fuerit vermis, & vilis, & sic tā diligenter fieri ista præcepit, & tam multa, vt tam multis continerentur, & manuducerentur, & eleuarentur ad illius sacrificij fidem, quo erāt omnium hominum peccata expianda, & vt talibus eorū animis eleuaretur ad colendum Deū fide, spe, & charitate: Et ita D. Augus. lib.10. de ciuit. cap.20. Cùm de illustri Christi R. N. sacrificio ageret: Huius, inquit, veri sacrificij multiplicia, variaq; signa erāt, sacrificia prisca sanctorū. Cùm hoc vnum per multa figuraretur, tanquam verbis multis res vna diceretur, vt sine fastidio multum commēdaretur. Idemq; refert lib.18. cōtra Faustum cap.4. & D. Tho. 1.2.q.101.art.3. Et sic dicit Paul. Vmbram habere legem futurorum bonorū, & nō ipsam 1.Co.10. imaginem rerū: &, Omnia in figura cōtingebat illis. Præterea neq; omnia permisit quæ dæmonibus

dæmonibus litabantur, sed illa tantum quæ, præterquam quod illustre nostrum sacrificium figurabant, si spiritualiter intelligerentur, mentis nostræ puritaté designarent, quā perpetuo requirebat. Et ita D. Basil. in comment. super Esaiā cap. i. inquit, Nō enim arietem, sed mentem quærebatur Deus: nō adipem pinguium, sed animi candorē, morumq; simplicitatem, nō sanguinem hircorum aut taurorū, sed vt reprimamus nostros affectus, nostrarūq; prauas concupiscentias refrenemus. Et ita Origenes homil. 5. super Leuit. omnia illa spiritualiter interpretatur. & glo. ordina. Leuit. i. cap. Vitulum, inquit, offerimus, cum carnis superbiam vincimus: agnum, cum irrationalē motus corrigimus: hœdum, cum lasciuiam superamus: turturem, dum castitatem seruamus: panes azymos, cum in azymis sinceritatis epulamur. In columba significabatur mētis simplicitas: quod etiam affirmat Cyrillus lib. 4. super Ioan. cap. 35. Et hoc etiā intellexisse antiquos Hebræorum sapientes Eusebius docet. lib. 8. de præparatione euangelica cap. 3. & Petrus Galatinus lib. II. de archanis scripturæ cap. II. qui explicantes verba psal. 50. Cor contritum & humiliatū Deus

non

non despiciens, eo omnia illa veteris legis sacrificia tendere asserebant, vt cor contritū & humiliatum in nobis esset. Attoties, quæ sic instituit sic præscripsit, dicit se nolle, illorū festiuitates despicere, ieunia contemne re, quomodo ab stultis & insipiētibus ea vel le creditur, velut suę gratia voluptatis, aut vilitatis alicuius, vt docet August. lib. 10. de ciuit. cap. 5. toties per prophetas hoc admonuit, vt sic Iudeorum errorē coargueret, quo omnia sibi prospera & foelicia promittebāt dummodo templum adirent, sacrificia illa offerrent, nulla mentis eleuatione ad superiora, nulla fidei Mesiæ, nulla morum, aut vitæ correctionis habita ratione. Sine quibus, etiā si multa offeras sacrificia, nihil minus quā Deū placabis. Non ego, quasi dicat, hos præcepi cultus, aut ita præscripsi, vt in eis summam collocaretis spē, aut iustitiae fiduciam, sed partim vt essent signa quibus ad moneremini, partim vt eis vestram religionem protestaremini, partim adminicula quibus proueheremini ad verā pietatem: quæ si defint, reliqua sunt inania, lex mea spiritua lis est, & cum animi puritate opera charitatis exigit, quæ nisi adiungātur quātūuis seruetur

Cap. 6.

Matth. 9. et

xx.

1. Reg. 15.

C O M M E N T A R I A I N
cultus exterior, apud me quæ sic agitis nihil
valent ad vitam æternam. Misericordiā vo-
lo, per Osēam dicebat, & nō sacrificiū sine
illa: & cognitionē Dei plusquā holocausta.
Et hunc pessimum illorum errorē Christus
R. N. corrigens, Pharisæis dicebat: Quærite
quid est: misericordiā volo & nō sacrificiū.
Et Samuel: Nūquid vult Dñs holocausta &
victimas, & nō pōti⁹ vt obediatur voci Dñi?
Melior est obediētia quā victimæ, & auscul-
tare magis quam offerre adipē arietum: Nō
erat illi in gratum animalium sacrificia offer-
re, mactationes facere, sed despicit victimas
à misericordia & pietate seiūctas, nequaquā
exteriora displicant, sed multum placent fi-
fiant vt fieri ipse iussit. Sunt enim aliqui, &
etiam in lege euangelica, prohdolor, qui cū
Dei præcepta non seruent, varijs donis atq;
muneribus Deum redimere posse se credūt.
Quidam magnis sumptibus templa edificat,
neque interim reddunt indigenti proximo
quod debent, Satis se fecisse putant si missas
instituant, cum nec vitæ mutandæ curam ge-
rant vllam, nec si quid iniuste rapuerunt re-
stituendi: hęc quidēm facere oportuit & il-
la non omittere & hanc esse prophetarum
mentem

M I C H E A E C A P . VI

178

mētem indicare videtur, etiam doctissimus
Hieron. quibus sic positis, facile omnia quæ
inter se aduersari videbātur quisq; poterit in
concordiam redigere. Merito ergo qui hic
loquuntur, nequaquam Deum placari posse
affirmant in nullibus arietum aut hircorum
pinguium, cum non pretium pecoris occisi,
aut quāta offeras attēdat Deus, sed animū &
pietatem & significationē qua hoc fit in ho-
norē summi Rectoris totius vniuersi, vt doc-
et D. Tho. 2.2.q.85. articulo 2. ad 2.

*Nunquid dabo primogenitum meum
pro scelere meo, fructum ventris mei
pro peccato animæ meæ?*

S ergo nec cēmoniæ exteriores, nec a-
nimaliū mactationes & sacrificia, Deū
placare valent, aut aliquid sunt, quod pro
tot beneficijs rependamus, quid remanet,
nisi offerre primogenitos nōlros prosce-
lere nostro? Nihil enim pretiosius apud
homines reperitur, nihil charius primogeni-
tis. Offeremus ergo ei hominū sacrificia, &
filijs nostris mactationē placabimus. Vultne
vnūquenq; nostrū primogenitū suum illi
offerre in sacrificium, sicut ab Abrahāmo

Z 2

postu-

postulasse visus est, dices, Accipe filium tuū primogenitum quem diligis Isaac, & offer il lum in vno montium quem monstrauerot ibi. faciemusne quod lepte fecit, qui filia immolauit suam? & quod Rex Moab. 4. Reg. 3. qui cum in maximo rerum suarum discrimine esset constitutus, cum in summum deuenisset periculum, rem extremæ necessitatis est agressus, ac filiu dijs suis immolauit, rem quam habebat chariorem offerens, vt sic benignos eos habere posset, & in tanto periculo prestante aderent, vt iram deponerent, si quā contra illum gerebant. Nam licet quibusdā non filium suum Regē Moab immolasse videatur, sed potius filium Regis Edom, quem nocte illa excursione facta cäperat, & licet text. Hebræus hūc sensum habere possit, tam contrarium (præterquam quod D. Hierony. placet) certius esse videtur, quā vt probatione egeat. Nam si de hac re antiquorum euoluamus historias, apud Philonē Bybliū qui Phœnicum historiā cōscripsit ex Sachoniato Phœnico desumptā antiquissimo & fidelissimo authore reperimus, vt refert Eusebius lib. 4. de præparatione euangelica c. 7. his verbis in primovtitur libro: morē priscis in magnis

in magnis calamitatibus atq; periculis fuisse, vt ciuitatis aut gentis princeps, dilectissimū ex liberis vlciscenti dæmoni quasi redēptionis premiū traderet, & sic traditū mystice iugaret. Sicigitur Saturnus rex eius regionis quā Phœnices Israēl̄ vocant (qui postea quā hominem exuit, ad Saturni stellam ad ductus est) cum ab Anobreth nymphā vnicū haberet atq; charissimum filium, quia maximo atq; periculofissimo bello ciuitas premebatur, Regio indutus ornatu, super construētam ad hæc præparatamq; arā immolauit. Hæc ille. Quod ex loco isto desumptū esse coniector, falsis quibusdam admixtis. Et in hac sententia Iosephus est lib. 9. antiquitatū cap. 1. atq; ita ob tā crudele facinus vehemēter indignati sunt Israelitæ, tantam necessitatem miserati: & humanarū vicissitudinū memores, soluta obsidione domum quisq; suā reuersi sunt. Fuit quoq; apud Phœnices & Carthaginenses diu obseruatum, vt infantes qui Principum filij essent, sorte dūtos, regio ornatu Saturno immolarent, & quem fors morti destinarat, subtrahere non licebat, quare multorum ciuium fuere largis fletib⁹ deplorata funera. Hinc Imilce Ha

nibalis yxor, cum Asparcius esset maestan-
dus filius, apud Silium in calce 4. lib. Punico-
rum dolens ait.

Qæ porro hec pietas delubra aspergere tabo?
Heu, prime scelerum cause mortalibus ægris
Naturæ nescire Deum, iusta ite precari
Thure pio, cædis feròs auertite ritus.
Mite cognatum est homini Deus, hactenus oro
Sit satis ante aras casos: vidisse iuuencos.
Aut si velli nefas superis fixumq; sedet,
Me nre, que genit' uestris absunt' votis.
Cur spoliare iubat Lybicas hac indole terras?

Sic ergo inquit isti, cum in summo iam co-
stituti si mus periculo, cum vndique nos
premant anguitæ, cum animalia offereat mi-
nus valeat, quam ut cessare faciat furorem
ire Dei contra nos, offeremus ne ei filios no-
stros, aut homines maestabimus? ea hominu-
m animos inuaserat pestis, vt nullis hostijs Deu-
placari posse melius arbitrarentur, quatenus
maestatis hominibus ipsi litarent, & libero-
rum sanguinem dijs suis offerrent, atque ad
hanc furiosam crudelitatem & immanem bar-
bariem, à dæmonibus quos Deos delusi exi-
stimabant impellabantur. Cum aperte ora-
culis atque responsis affererent, nullam sibi
victimam esse gratiorem quam humanam,
eo, quod pretiosius nihil in mundo homine
esset

effet, & charius nihil pater quam dilectum
filium haberet, aut mater filiam. Vnde innu-
meræ hominum carnificinæ stabant, nō so-
lum apud barbaros & omni affectione caré
tes, verum & apud Græcos atque Romanos
omni humanitate præditos. Rhodij homi-
nem Saturno sacrificabant. In Salamine in Iu-
lia Agraulę Cecropis filię homo cedebatur.
Lacedæmonios hominem Marti sacrificare
solitos Apollodorus scribit. Græcos om-
nes antequam in bellum exirent, hominem
immolasse Plutarchus tradit. A Romanis la-
tioris Iuppiter homicidio colitur, & Græ-
cum & Græcam, Gallum & Gallam sacri-
culi viuentes obrucebant, vt in finita huius mo-
di monstra præteream ab historicis tradita,
quæ diligens lector apud Eusebium re-
periet lib. 4. de præparatione euangelica
capite 7. apud Theodoreum de curandis
Græcorum affectibus capite 7. apud Arno-
biuum, apud Lactantium, apud Cyrillum
contra Julianum, apud Minutium Fœli-
cem in dialogo quem Octauium inscrip-
psit: vt nostrates præteream qui res Indi-
cas scribente curarunt, apud quos mirabiles
carnificinæ stabant, vt non iniuria Clemens

Alexandrinus. cū ab hoc scelere sua oratione gentes dehortaretur sic ait: Crudeles immanesq; hominū hostes dij vestri sunt, qui non solum amentia letantur vestra, verum etiam modò per contentionem certaminis, modò per cupiditatem victoriæ animis vestris concitatis, ad voluptatem suam immolationes hominum postulat, qui multis non nunquam ciuitatibus atq; gentibus, tanquā communes pestes & fulmina incidentes, non cessarunt atrociter homines vexare, quo usque sanguine hominū placati sunt: quod sacrificium grauissimum crimen & vere nefarium & ab ipsis naturę legibus abhorrés semperfuit, tantumq; abest, vt vnquā Deo placuerit, vt contra nihil magis ingratum & abominabile illi offerri potuerit. Quod quidē cum multis rationibus à sanctis doctoribus sit ostēsum locis nuper allegatis, & ipsi met philosophis fuerit valde apertum, ab hoc labore supersedebimus. Hoc lege prohibitum legimus Deuteronom. 12. Non facies que gentes ad quasingredieris faciebāt. omnes enim abominationes quas auersatur Dominus fecerūt dijs suis, offerentes filios & filias & cōburentes igni. Ezechielis 16. inter alia quæ reprehendit

prehendit Deus dicitur: Et tulisti filios tuos quos generasti mihi, & immolasti eis ad deuoradū. & psal. 105. Immolauerūt filios suos & filias suas dēmonijs, & effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quas sacrificauerūt sculptilibus Chanaam, & infecta est terra in sanguinibus, & contaminata est in operibus manuum suarum.

Indicabo tibi o homo quid sit bonū, & quid Dominus requirat à te. Vt q̄d facere iudicium & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo.

V Idebantur qui interrogabant quid dignum Domino offerrent, quod illum placare posset, aut quod pro beneficijs acceptis grati animi signum aliquod ederet, ea ignorante teneri, vt prorsus nesciret, quid Deo placeret, aut ab hominibus requereret. Quibus his verbis propheta respondebat. Cum enim veluti pœnitudine ducti, & quasi delicta confitentes sua, animi ingratitudinem recognoscerent, & cum humilitate & animi deiectione

deiectione ista viderentur inquirere: Ideo doctorem illis dignatur concedere, & prophetam mittere, qui doceat. humilibus sane non deest Deus, sed querentibus semper ad: Matth. ii. est, à sapientibus & prudentibus hæc abscondit, parvulis autem reuelat atque aperit: & sic videntur esse hæc verba prophetæ indicantis, quid illud bonum sit: quod si offeratur Domino, semper illi placebit, quod eius oculis semper erit gratum. Hoc enim nomine boni in scripturis ex August. sententia sortitur: O homo, inquit, quicunq; es isto animo præditus, & quicunq; sollicite atque humili ter hoc inquiris, indicabo tibi quid sit bonū & quid Dominus querat à te. Nā Dominus quod bonū est à nobis querit. Non opus est vt nimium anxius atq; sollicitus sis de oblationibus atque vitulis & agnis offerendis, & si hæc suo modo placeat. Nō certe tua querit Deus, sed te, non arietem sed mentem, nō adipem sed animi candorem, te ipsum querit, & vt illud offeras exigit quod danti proficit, nempe facere iudicium, &c. D. Augustin. in serm. 236. quærebas quid offerres proteoffer te, quid enim Deus querit à te nisi te? quia in omni creatura terrena nihil melius fit te,

cit te, quærit te à te, quia tu perdideraste. Si auté facias quod iussit, inuenit in te iudicium & iustitiam. Verum nō me latet, Hebræa verba alium sensum indicare, scilicet prophetam adhuc nomine Dei populum illum arguere, atque reprehendere, & in iudicio cum illo sistere. Verbū enim. Τι ηγιδ πρετερη της τοπος εστι, & sic vertendum: Annuntiatum est tibi homo, quid bonum, & quid à te requirat Dominus, &c. Et hunc sensum Septuaginta illi seniores reddidere: Tertullianus lib. 4. aduersus Marcionem. & Pagninus atque Vatablus amplectuntur: Nullam quasi dicat, O homo, quisquis es, habes excusationem, nihil est quod causeris ignorantiam, aut quasi haec tenus non sit indicatum, inquiras modo quid Deo placeat, vt illud facias: iam saepius in lege indicauit, plures per prophetas & concionatores est annuntiatum. Sic Deuteron. 5. & 6. Et nunc Israel, quid Dominus Deus tuus quærit à te, nisi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in omnibus vijs eius, & diligas eum & seruias Domino Deo tuo, & custodias mādata Domini Dei tui, & iustificationes eius, quæcumq;

COMMENTARIA IN
 quæcunque ego mandabo tibi hodie, ut bene
 fit tibi: pleni sunt libri prophetarum harum
 admonitionum. Illi, ut afferemus, omnia
 sibi prospera atque felicia pollicebantur, inut
 tis mactatis hostijs atque litatis sacrificijs, inte
 rioris cultus nulla habita ratione, cum tamē
 hoc perpetuo ab illis quæsisset Deus, cū per
 petuo indicasset hoc se inquirere, scilicet fa
 cere iudicium, &c. Quibus verbis omnia inclu
 dit propheta, in quibus bonum nostrum co
 sistit. Primum, quid erga se agere debeat ho
 mo. Secundum, quid erga proximum. Terti
 um, quid erga Deum. Primum est facere iu
 dicium de se ipso: quod iudicij nomen cum
 varias in scripturis significaciones habeat,
 quam intelligere hoc loco propheta velit,
 non facile conuenit. D. Hieron. ut faciamus
 iudicium, id est, ut nihil absq; ratione & co
 filio faciamus querit, ut antea mens iudicet,
 quid factura sit, & postea opere compleat. Sic
 Paulus Timotheum hortabatur suum: Ni
 hil sine præiudicio facias: iudicium præueniat
 omnia opera tua, quod Esaias à iudicibus po
 stulabat: Quærite iudicium, siue ut in Hebræo
 significantius habetur, ferméitate iudicium,
 ne scilicet præcipitatis sententiam, quod à

Th eodosio

Theodosio lege sancti D. Ambrosius impe
 travit, sic lob. 34. Eligamus iudicium, ut videa
 mus quid melius sit. Sumitur etiā frequenter in
 scriptura, pro eo, p; quo apud Latinos usurpa
 tur officij nomen, & sic facere iudicium est, esse
 in officio: hoc ergo inquirit Deus, ut semper
 in officio simus. Eum ego demū (dicebat il
 le) frugi, & bene spectatum ministrū iudico,
 qui absente Dño cum impune ceslare possit,
 in officio se cōtinet: quod est iudicium facit
 Sic Dauid dicebat: Feci iudicium & iustitiā;
 ne tradas me calumniantibus me: semper in
 officio fui. sic expectabat Dñs iudicium ex
 vinea, Esai. 5. i. ut ipsa præstaret id quod ex
 parte sua præstandū erat. facere etiā iudicium
 est vnicuiq; reddere quod suū est, & hoc for
 san Dauid dicebat verbis superioribus, feci
 iudicium & iustitiā, quibus verbis optimam
 administrandi rationē solet scriptura signifi
 care. quod vero hic propheta Deum exige
 re affirmat, & quemque nostrum facere vult,
 est, ut vnuquisque seipsum iudicet, se
 ipsum examinet, sui ipse met iudex existat,
 conscientiæ tuę latebras intuere, imo ipse te
 respice, aut enim superbia inflatus es, aut aua
 ritia rapax, aut liuore inuidus, aut libidine,
 inceſtus,

Cap. II.

CO M M E N T A R I A I N
incestus, aut crudelitate violentus, aut alea
prodigus, aut vinolentia temulentus, fac iu-
dicium de te: quod Paulus alijs verbis ad Co-
rinthios dicebat: Probet se ipsum homo, se
examinet, sua inquirat omnia, nam subdit: Si
nos ipsos iudicaremus, non a Domino iudica-
remur. Quomodo autem hoc fieri debeat, op-
timus epigrammate insignis poeta explicuit,
dicens.

Vir bonus, & sapiens (qualem vix repperit unum
Millibus è multis hominum consultus Apollo)
Iudex ipse sui, totum se explorat ad vnguem.
Quid proceres, vaniq; ferat quid opinio vulgi
Securus: mundi instar habens, teres, atq; rotundus,
Externe ne quid labis per lauia fidat.
Ille dies quam longus erit sub sidere Cancri,
Quantaq; nox tropico se porrigit in Capricorno
Cogitat: & iusto tutrine se examine pensat:
Ne quid hiet, ne quid protuberet: angulus aequis
Partibus ut coëat: nil ut deliret amuñis.
Sit solidum quodcumq; subest: nec mania subtus
Indicet admotus dğgitis pellentibus ictus.
Non prius in dulcem declinat lumina somnum,
Omnia quam longi reputauerit acta diei.
Quæ prætergressus, quid gestum in tempore, quid non:
Cur isti facto decus absuit, aut ratio illi?

Quid

M I C H E A E CAP. V I. 184

Quid mihi præteritum: cur hæc sententia sedet,
Quam melius mutare fuit: miseratus egentem
Cur aliquem fracta persensi mente dolorem?
Quid volui, quod nolle bonum fore? utile honesto
Cur malus antetuli: num dicto aut deniq; vultu
Perstrictus quisquam: cur me natura magis, quam
Disciplina trahit? sic dicta, & facta per omnia
Ingrediens, ortoq; à vespere cuncta reuoluens,
Offensus prauis, dat palmam, & præmia rectis.

Sic de se iudicium faciebat sanctissimus Pa-
triarcha Iob, cum vereretur omnia opera Cap. 9.
sua, sciens quod non parceret Deus delinqué-
ti. Hoc ergo est facere iudicium, vt omnia
sua quisque recto disponat ordine, non so-
lum quæ ad animum pertinent, sed etiam
quæ ad corpus. Et diligere misericordiam.
Secundum quod inquirit est, vt erga pro-
ximos benefici, & liberales simus, beni-
gnos nos, & misericordes exhibeamus. Bea Matth. 5.
ti enim dicuntur a Christo misericordes. Et sic
sanctissimus Tobias, filium cum instrueret cap. 4.
suum, hoc inter cætera maxime hortabatur:
Prout potueris esto misericors, & non auer-
tas faciem tuam ab ullo paupere. Sic Iob dice-
bat: Ab infantia creuit mecum cōmiseratio: cap. 5.
Omnia

Omnia ergo quæ ad proximum spectat, hoc verbo includit propheta, quantum autem erga proximos misericordiam scriptura lacra commendet, facile quisq; intelliget, si legis & prophetarum volumina euoluat, si eu geliorum & epistolarum Pauli lectione dele ctetur. Si diligenter hæc consideremus verba, nequaquam cum misericordiam præcipit id prorsus iubet vt cū effectu beneficij proximos iuuemus: sed vt misericordiā diligamus, ne quis excusationem illam habere possit, sc̄ nihil inquam habuisse quo proximum iuuaret. Nam saltem hoc, scilicet, diligere misericordiam quisque præstare vallet. Ut ergo misericordiam diligamus hortatur, vt non quasi compulsi, aut ex necessitate misericordes simus, quoniam hilarem datorē diligit Deus. Nec dicamus vade hodie, & cras reuertere, & dabo tibi, nō enim coacte aut ex verecūdia sed volūtariè dādū est. Nā quod diligimus volétes facimus. Est misericordiā diligere cult⁹ gratissimus Deo, quod ipse apertè docuit per Os̄eam, dicens: Discite quid est, Misericordiam, volo nō sacrificiū sibi impensum refert quod proximis præsterimus beneficium: Quod vni, inquit, ex min

nismis meis fecistis, mihi fecistis. Et Iacobus: Matth. 25. iudicium erit sine misericordia, sed ei qui nō Ioh. 3. fecerit misericordiā: hoc ergo maximè placet Deo, vt conseruis bene faciamus nostris, vt illi similes efficiamur exoptat: Estote, dicit, misericordes, q̄a pater vester misericors Matth. 5. est. decet enim vt veluti optimi filij mores referamus parentis. Sic erga nos misericors & liberalis extitit pater, vt nec filio proprio pepercerit, vt nobis ingentia beneficia con ferret: quod si animo recolas, libenter bene ficijs iuuabis illum, quem intelligis tantum à Deo diligi, & pro quo sanguinem fudisse suum reperies, filiumq; esse parētis tui, & fratre tuum. Hoc ergo est quod semper à nobis requirit Deus vt diligamus misericordiā, Plena est miseria hæc vita nostra, hoc illi summe placet, vt fraterna charitate nos inueni em iuuemus, vt charitas fraternalis in nobis reperiatur. Et sollicitum ambulare cum Deo tuo. Vox Hebrei γένεθλιον Seneah, licet vari et rāsferatur ab interpretibus, vt docet Hieronymus, verum cum ad idem tendere omnium interpretatio videatur, illa omnia fidatio præterimus. Hoc tertium quod à propria indicatur. s. sollicitū ambulare, siue cū hum

militate ambulare cum Deo premiū esse ex-
istimat Hier. eorum quæ præcessere. Cū, in-
quit, fecerimus iudiciū, & dilexerimus mis-
ericordiā, quid accipiemus premij? Ambula-
bimus cū Dño Deo, sicut Enoch, iuxta fidem
H̄ebraicorum voluminum, ambulauit cum
Deo, & placuit ei, & non inueniebatur, quia
trāstulit illū Deus. Sic dictū est Abrahamo:
Ambula corā me & esto perfectus, quasi di-
cat: Tu inquirebas quid offerre posseſ, quod
placare pollet Deum, ego tibi amplius polli-
ceor, fac iudiciū & dilige misericordiā, & am-
bulabis cū Dño Deo tuo. Sed magis placet,
vt tertiu hic cōſtituatur quomodo erga Deū
nos gerere debeamus. nulla nobis dormien-
dū est hora, nullo tépore securi esse debem⁹,
ſed ſemper ſpectare nos oportet patrē fami-
liās veniēt̄, & diē formidare iudicij: ſemper
vult nos eſſe paratos, vt cum Deo ambulare
poſſimus: ne nobis id quod ſtultis virginib⁹
cōtingat, ſemper cū timore & tremore no-
strā ſalutē operari oportet. Quod & Deut. 4.
præceptū legimus. Custodi temetipſum & a-
nimā tuā ſollicitē, ne obliuſcaris verborū
quę viderūt oculi tui, & ne excidat de corde
mo cunctis diebus vitę tuę. Sic vir integer-
rimus

rimus Iob dicebat: Conturbatus sum a facie Cap. 31.
Dei, & conſiderans eum, timore ſollicitor.
& alibi: Semper ſuper me venientes fluctus Cap. 23.
timui. Hoc ſapiētissimus Ecclesiastes admo-
nebat: Time Deū & mandata eius ferua, hoc Cap. vlt.
eſt omnis homo. Cū ſollicitudine ergo in le-
ge Dei meditari oportet, vt cuſtodiā illā, vt
nihil illius prætergrediaris, vt quæ Deo pla-
cita ſunt adimpeas, & veluti filium erga pa-
rentem amantiſimum te geras, vt ei ſemper
obedias: Hoc eſt tertium, quod ſemper pla-
cet Deo, & ſemper ipſe veluti pater à filijs po-
ſtulat ſuis, vt ſumma cum deiectione & ani-
mi ſubmiſſione & humilitate Deum colas,
& ab ipſo pendreas.

*Vox Domini ad ciuitatem clamat, et
ſalus erit timentibus nomen eius.*

Q Via, vt dicebamus, humili animo inqui-
rebant illi, quid dignum Domino of-
ferent, illis indicauit propheta, ſcilicet, fa-
cere iudicium: Diligere miſericordiam: &
ſollicitum ambulare cum Deo: Ecce, inquit,
hæc doctrina omnibus in ciuitate traditur.
Prophetæ & concionatores omnibus in

ciuitate existentibus hæc clamare solēt, hæc
monent Dominum ab omnibus requirere,
hæc ab omnibus postulare, hanc doctrinam
in scripturis sanctis omnibus tradi. Sed licet
hæc verba prophetarum assidua sint, & hæc
doctrina omnibus inculcetur, tamē paucis-
simis prodest. cum vox Dei veluti malleus
Ierem. 23. sit conterens petras, cū penetrabilior sit om-
Ad Heb. 4. nigliadio ancipiti, tñ solum prodest, & salu-
3. Corint. 1. tem adfert timentibus nomen Dei. Verbum
2. Corin. 2. crucis pereutib⁹ stultitia est & scandalum,
est odor mortis in morte, at timentibus no-
men eius, est odor vite in vitam: soli sapiētes
Esaia. 50. & quibus Deus aperit aurem non contradic-
cunt, recipiunt huiusmodi veritatem, & vo-
cem Domini: soli illi honoris nominis Dei
rationem habent, cæteri autem friuola, flu-
xa, vanaq; sectantur, & quasi ad illos nō per-
tineant, surdis accipiunt auribus: timētibus
Proverb. 3. autē Deum erit salus in nouissimis, & timor
Ecclesiast. 1. Domini lætitiat cor. Et dabit gaudiū & læti-
tiam in lōgitudine dierum, siue vt Hierony-
mus explicat. Vox Domini ad ciuitatem cla-
mat, scilicet Samariam corripit Dominus, &
illi plagas quæ venturæ sunt comminatur, vt
audiens populus Iuda, siue timentes nomen
Domini

Domini, alios supplicia pati, ipsi timore cor-
repti adipiscantur salutem. pestilēte quippe
flagellato, non iolum sapiens, sed etiam stul-
tus prudentior fit. Sunt enim poenæ quæ de
quibusdam sumuntur cæteris exemplum, vt
cautiores efficiātur, & sic ad meliorem men-
tem prouocentur.

Audite trib⁹, et quis approbat illud?

LOnge aliter Lxx transtulisse Hierony-
mus annotauit, sed & Hebraizantes mo-
do diuerso transferunt: Audite, inquit, vir-
gam, & eum qui discernit eam. Siue vt Pagni
nus, Et quis cōstituit illam. Dei nomine pro-
pheta contendebat cum populo Israelitico,
& ei beneficia collata, vt ingratitudinem ex-
pibraret, in mediū proposuit, adhuc iniqua
eorum opera recensere contendit, & iterat
hanç vocem: Audite tribus, qua attentionē
captat. Audite, inquam, quæ contra vos pro-
ponuntur in hoc iudicio, quod contra vos
constitutum est, & quis approbat illud?
Quis erit tanta præditus impudentia, vt au-
deat approbare ea quæ cōtra vos proponun-
tur? certe nullus, atq; inde intelligetis, quam
ex quam iustamq; habeat expostulandi ratio-

nem & poenas acerrimas de vobis sumendi, siue quod ad Samaritanos illi sit sermo, & dicat: Audite vos qui adeò impij estis, vt vix aliquis reperiatur inter vos qui vos approbet, non habetis prorsus quid respondatis mihi: Si vero, sicut Hebraizantes, legamus: Audite virgam: propter ambiguitatem Hebraicę dictionis, quæ & virgam & tribus significat, sensus est, Vox Domini ad ciuitatē clamat: & quid dicitur? nempe: O vos impij audite virgam, attendite diligenter ad ea quæ vobis prophetæ cōminantur mala, considerate quæ vos manent pericula, & à quo proueniant, nam illa effugere nunquam poteritis cum à Domino proueniāt, ille enim est qui decreuit hæc mala venire, qui constituit vos punire propter scelera vestra.

Adhuc ignis in domo impij thesauri impietatis, & mensura minor ira plena.

Cum post tot prophetarum prædicatio-
nem eisque debuissent poenitentiam, cum toties vox Domini per prophetas suos admonuerit, adhuc in prioribus sceleri-
bus

bus persistunt, & nihil minus quam de emé-
daridē vitæ ratione curam aliquam habent, adhuc in Samaria idolorum cultus regnat, adhuc pro Deo aurei coluntur vituli, adhuc iræ & furoris Domini cause non cessant. Verbum autem Hebræum ψαλμ̄ haes, pro quo ignem verterunt, & Hieronymus & Septua-
ginta, ab Hebraizantibus in varias signifi-
cationes deducitur, propter punctuationis
varietatem. Pagninus: Adhuc nonne in do-
mo impij thesauri impietatis? Consentit Va-
tablus: nec ignis aliquam hic mentionem
fieri autumant, licet inter Hebræos non
desint qui ψαλμ̄ hais, pro ψαλμ̄ haes sumant,
quasi dicat: Adhuc, omnibus diebus ignis
erit in domo impij propter thesauros im-
pietatis, vt comminetur supplicium quod
de illis perpetuo sumendum est, propter
diuitias inique partas, perpetuo crucia-
buntur igne. Alij: Adhuc vir nobilis in ci-
uitate, suam retinet impietatem, audita vo-
ce vocationis sunt in domo impij the-
sauri impietatis: appellat autem Sama-
riam domum impij, scilicet, Hieroboami,
cui tanquam Domino domus paruerunt,
vt adorarent vitulos. Vel Amri, de quo

statim mentionem subdit. Adhuc, inquit, in Samaria tanta est avaritia sicut olim erat. Non mine enim ignis forsan avaritiam intelligit, quam toties in illis reprehendit, quæ veluti ignis nunquam satiatur, semper avarus eget, nec impletur vñquam pecunia: & videtur hoc insinuare, cum continuo veluti explicationis causa subdat. Thesauri impietatis: adhuc thesauri impietate comparati retinentur, nec suis restituūtur Dominis: vel adhuc perieuerant thesaurizare sibi iram, in die iræ.

Ad Rom. 2. & reuelationis iusti iudicij Dei, & mensura minor quam par sit, & quā à republica sit constituta. Iræ plena, quasi dicat, non parū diminuta, hoc enim ferri aliquo modo posset: sed valde minor quam deberet esse, & tanto minor ut sit iræ plena. i. vt multum prouocare possit ad iram, & quę secum afferat maximā iræ causam: qui sensus à Pagnino clarius est redditus: Et modius deficiēs detestatus Dñō.

Nunquid iustificabo stateram impiam, & facelli pondera dolosa, in quibus diuites eius repleti sunt iniquitate, & habitantes in ea loquebantur menda-

mendacium, & lingua eorum fraudus lenta in ore eorum?

Verbūm, iustificare, cum varie in scripturis sumatur, hoc loco pro approbare capitū sicut Esaī. 5. Væ vobis qui iustificatis impiū pro muneribus. Proverb. 5. Qui iustificat impium, & cōdemnat iustum, abominabilis vterque. psal. 91. Humilem & pauperem iustificate. Nunquid existimatis me iniustum & iniquū, & vestris moribus adeō similē, qui approbare debeam stateram impiam, & dolosa pondera? i. impia & nefaria statuta Amri, quæ statim subdit custodisse illos. de quare similiter querebatur psalm. 49. Existimasti inique, quia tācebā, quia tua dissimulabam scelera, quod ero tui similis. Pondus & statera iudicia Domini sunt, & opera eius omnes lapides facculi. Proverb. 16. (Corrupte enim legitur in aliquibus Latinis et cōdībus sēculi) quasi dicat, Dominus præcepit æqua fieri pondera: ad iudicium & iustitiam exercendam instituit Deus stateram & pondus, qui ergo his abutitur ad proximū fraudandū Dei iudicū peruerit. Sic Oseē 12. Chanaā, in manu eius statera dolosa, calūnā A a 5 dilexit,

dilexit. Et Ezechie.45. Statera iusta, & ephi iustus, & batus iustus erit vobis. Cùm autem olim lapidibus vterentur loco ponderum, sicut & modò in vsu apud rusticos esse vide mus, in facculo lapides reponebantur. Et ita Deutero.25. præceptum esse legimus, ne quis in facculo diuersa haberet pondera, scilicet maiora & minora. Iustificabo ergo facelli pô dera, siue fackuli pondera (nisi velis fackellû diminutiuum esse facci, quod vix reperies) dolosa ergo habent pondera in facculo, in alio pondere vendêtes, in alio ementes mercimonia, & huic iniuitati posset venia concedi, si hoc à pauperibus fieret, poterat inopia scelus ipsum defendere, at diuites sunt qui hoc faciunt, & sic diuitijs inique partis pleni sunt. Et quia congregationem diuitiarum sequitur mendacium, & manus assueta thesauros condere, fraudulentam linguam possidet, veritas paupertatem parit. Inde, habitantes in Samaria, mendacium, inquit, loquebantur, vt fallerent, & plenam fraudibus linguam habebant.

*Et ego ergo cœpi percutere te perditio
ne super peccatis tuis, tu comedes & nō
satura-*

faturaberis, & humiliatio tua in me-
dio tui, & apprehendes, & non salua-
bis, & quos saluaueris in gladium da-
bo. Tu seminabis, & non metes: tu cal-
cabis Oliuam, & non ungeris oleo: &
mustum, & non bibes vinum.

Q Via in iudicio Dñs cum illo populo cōtendebat, ideo post enumerata beneficia etiam vitia & peccata eorum recensuit, quæ Deus merito punire potuisset. Sed ne quis tam grauem audiens accusationem, cauaretur à Deo aliiquid prætermissum fuisse, quod amantissimum parentem facere oportuisset, atq; inde peiores euasisse (Debuisset enim punire delinquentes, plagis & carceribus arcere, ne vltierius male agere pergerent) inquit, nec hoc à me est prætermis- sum, sed omnibus modis sollicitus fui, vt eos ad meliorem reuocarem mentem, & ad cor reducerem, neque quidquam sic profeci. Hoc maxime, vt dicebamus curat Deus, vt homines nullam prorsus excusationem habere possint, aut causari aliquid ab illo fuisse prætermissum. Sic Esaias capite. i.

Cum

Cum innumera scelera illius gentis recensuisset ait: Dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, &c. Subdit: Et certe nec impune tam grauiter deliquistis, maxima & ego de vobis, huius rei gratia, sumpsi supplicia. Nam in quo percutiam vos amplius addentes præuaricationem? Omne caput languidum, & omne cor mœrens, à planta pedis usque ad verticem capitis non est in eo sanitas. quasi dicat, nullas possum inuenire plegas, quibus vestram frangam durié, licet plurimas immiserim, nulla est pars quæ nō sit percussa, vix est aliquod supplicij genus, quod de vobis sumptum non sit. Ideo enim irrogātur diuinitus huiusmodi flagella, ut resipiscamus, & ideo plus exacerbatur Deus, quem nihil talia ac tanta proficiunt. fieri ista vel ad disciplinam contumaciū, vel ad poenam malorum scripturæ sacræ docet, & sic Ieremiæ 2. querebatur Dominus. Si ne causa percussi filios vestros, disciplinam non receperitis. Quod Regius vates optime intelligens dicebat: Conuersus sum in erumna mea, dum configitur spina, & psalm. 119. Ad Dominum cum tribularer clamaui. Et Esaiæ 26. In angustia quæsierunt te.

& Ierem.

& Ierem. 6. per varias tribulationes crudelieris Hierusalem. Quod manifestissimo exemplo fratrum Joseph comprobare possumus Genes. 43. Tunc cum in maxima angustia essent constituti, scelus in fratrem olim commissum, in memoriam subit, quod si nec sic cedit homo, morbo immedicabili laborat, quo fit ut aliquando Deus manum auertat suam, quo nihil grauius homini contingere potest. Sic per Osseam cap. 4. dicebat: No visitabo superflias vestras cum fuerint fornicatae, & super nurus vestras cum adulterauerint, Ezech. 16. Zelus meus recedet à te, non irascit tibi amplius. Non si immanibus dilaniandos tigribus, non si vtricibus vrendos flammis homines traderet, sic acerbe puniret, quam manū auertendo, ne amplius percutiat. Sicut psal. 80. Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adiuentioribus suis, & ad Roma. 1. tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, & in passiones ignominiae. Hac ergo de causa, & ego coepi percutere te perditione, & plagiis varijs admonere, & percutere non desinam usq; ad cōsummatam perditionē: Misí famem, misí sitim, misí morbos, & hostilē in circuitu vastitatem

stitatem. Segeſ frumenta non attulit, oleum
preſſa oliua non fecit, vinum steriles vindemias
negauerūt. In ſcelere Iacob omne iſtud,
& in peccatis domus Israel, dixerat capite
primo. De quare legendus Cyprianus in epiſtola
contra Demetrianum. Coepit autem
Deus Samariam percutere, cum Salmanafarā
rem regem Affyriorum aſcendere contra Sa
mariam fecit: conſummauit autem cum om
nes Samarię ciues, atq; decē tribus, Rex Affy
riorū tranſtulit in Affyrios, à quo exilio nun
quam ſunt reuersi. Pagninus autem hæc ver
ba ſic trāſtulit. Et etiam ego egrotare feci te,
percutiendo te, & deſolādo te, propter pec
cata tua. i. quemadmodum proximum læſi
ſti, ita & ego te egrotare feci, ne impune pec
cares. Comedes & non saturaberis, &c. Hæc
eadem, quaſi grauifſimum ſupplicium, trāſ
gessoribus legis ſuę Deus cōminatur Deu
tero. 28. Mittet Dominus ſuper te famem, &
cfuriem. & ſubdit: Vineam plantabis, & fo
dies, & vinum non bibes, neque colliges ex
ea quidpiam, quoniā vastabitur vermis.
Oliuas habebis in omnibus terminis tuis, &
non vngeriſ oleo, quia defluent & deperi
bunt: filios generabis & filias, & non frueris
eis.

eis. Simile etiam Leuit. 26. legimus. Sic Job
31. Seram & non metam, ſic Aggæus cap. 1. Po
nite, inquit, corda veftra ſuper vias veftras:
ſeminaſtis multum & intulistiſ parum: co
medistiſ & non eſtiſ ſatiati: bibiſtis & non
eſtiſ inebriasi: operuistiſ vos, & nō eſtiſ caſe
facti. Sic ergo, modò, comedes inquit, ſed nō
ſaturaberis, non erit tāta copia cibi, vt poſſiſ
comedere vſq; ad ſaturitatem: id eſt, parum
comedes, & humiliatio tua in medio tui. gra
ue ſupplicium eſt inter ſuos humiliari: De
primeris ergo, & ignominia afficeris inter
tuos. Vel tu humiliationis tuę cauſam p̄ræ
bebiſ, nec poteris in alium afflictionis tuę
culpam reijcere, nam ex te eius cauſa exor
ta eſt, neque alteri imputari poterit, quam
tibi. Eſt autem pefſimum infamię genus,
quando in nullum alium poſteſt transferri
culpa, p̄ræterq; in eum, qui patitur malum.
Et apprehendes, & non ſaluabis, & quos
ſaluaueris in gladium dabo. Loquitur ad Re
gem Oſeam. Apprehendes quosdam affli
ctos de populo, à facie hostium fugientes, &
à captiuitate non eripies eos, nam tandem ca
pientur, & hī quos viſus es ſaluaffe, gladio
poſtea peribunt. Verum ex Hebræis verbiſ
conue-

conuenientior mea sententia sensus eruitur. Sic enim Pagninus vertit: Et tanges vxorem tuam, & non ejciet conceptum, & quod eiecerit gladio dabo. Rem, quasi dicat, cū vxore habebis, vt concipiatur, & nō ejciet foetum, sed morietur in ventre eius: quod si pepere rit gladio peribit. Et sic Vatablus hunc sensum est amplex⁹: Apprehēdet (sub)vxortua semen tuum. i.eiecto semine cōcipiet, sed nō enitet viuū sed abortietur, quod si pepererit tradam gladio. Moueōr autem, vt hunc sensum probē, quod magis congruat cū his quæ dicebātur à propheta, & quod in alijs scriptu rēlocis hoc inter alia cōminari malis videamus: Seminabis & nō metes: vel quia fruges deuastabuntur ab hostibus venientibus: vel quia ipsi hostes metent sibi, vt sicut proximum fraudasti proprio labore, sic & tuo tu frauderis: vel quia vermibus & locustis deuastabuntur agri, sicut Deuteronom. 28. dicitur: Non colliges ex vinea quidpiam, quia vastabitur vermis. vel quia cum hæc omnia summo amore illi diligenter, vt maiori afficiantur supplicio, per singula discurrit.

Et custodisti præcepta Amri, & omnē opus

ne opus domus Achab, & ambulasti in voluptatibus eorum, vt darent te in perditionem, & habitantes in ea in similem, & opprobrium populi mei portabis.

HAec verba manifeste indicant quæ antecesserunt de decem tribubus esse intelligenda. Voluistis potius obedire præceptis Amri regis, q̄ meis, & opera Achab facte potius, quam mea: inde factum est, vt penitus te ipsam perderem & omnes habitatores tuos: Et op̄ pbriū populi mei portabis. i. illud quod ego cōminat⁹ sum populo meo. Deut. 28. Et eris perditus in proverbiū ac fabulā omnibus populis ad quos te introduxit. Deus: vel eo opprobrio afficiemini, quo affecisti populu meū. Fuit autē Amri pater Achab, qui Samariā ædificauit. 3. Reg. 16. Achab aut̄ illo peior est factus, vt cōstat. 3. Reg. 18. & sequētibus: illud autē clarissimum est, quam vt annotatione egeat, particulā (vt) in hoc loco nō causā sed cōsequuntionē dicere, sicut sepius aliās docuimus, quasi dicat: Hinc consequutum est vt hæc mala venirent suprà te.

IN MICHEAE CAP. VII.

Va mibi quia factus sum sicut qui colligit in autuno racemos vindemia, & non est botrus ad comedendum: præco ces ficus desiderauit anima mea.

Prophetiam hanc aduersus Samariam & Hierusalem esse propheta dixerat, haec tenus ergo suo functus munere utriusque mala ventura prædixit: Nunc concioni finem imponens lamentatur atque dolet, parus se suo profecisse labore. Vnde, inquit, mihi, nam cum plurimum laborauerim parum profecisse videor: licet nullum non mouerim lapidem, videor tamen adhuc labruscas colligere: Factus sum veluti qui colligit racemos post vindemiam, & cum vel racemis contentus essem, vix ullos inuenio in quibus aliquid sit quod veluti possit. Non est botrus ad comedendum: ut frustra se laborasse significet. Præco ces ficus desiderauit anima mea: alia similitudine idem explicat. Vel matura aliqua figura exprimit, quæ optimæ esse solent, contentus essem: sic Osee 9. Quasi prima poma fulneç

culneç incacumine eius vidi patres eorum: vix tamen ullum reperire potui, unde efficiebatur ut maximo illius desiderio tenerer, sicut his accidit qui post vindemiam reliquias inquirunt. Vtitur autem hac particula, Vnde, pro heu, ut affectum suum erga suos doceat: O me miserum, nam cum saepius admonuerim non trahi persuasi: & ut vehementiorem indicet affectum, & maiorem energiam habeat oratio non simplici oratione, sed his similitudinibus fusus est, quibus melius expressit sententiam, quam si multis illam eloqueretur verbis, quibus etiam docet non omnes Iudeos diuinarum promissionum futuros esse haredes, sed reliquias: quod à Paulo ad Rom. 9. clare est ostensum. Et sic possunt esse verba Christi R.N. conquerentis de Iudeis.

Periit sanctus de terra, et rectus in hominibus non est.

Diuus Hier. ad Ephes. 4. in fine: Omne hominum genus, inquit, Deus hisce verbis deplorat. Quid autem relatis similitudinibus indicare voluerit, hisce verbis manifestat: Periit sanctus de terra, iam noa inter homines reperitur qui iustique studiosus: vox He-

bręa יְשָׁעִי Chasid, p quas sanctū interpres fre
quēter trāsfert, benignum & misericordē si-
gnificat; ac sic ppheta psal.ii.dicebat:Saluū
me fac quoniā defecit sanct⁹. Nullus est, qua
si dicat, qui aliorū commodis studeat infer-
uire, nullus est qui de alijs bene mereri cu-
ret.tribuebatur hoc nomen, sanctus, in prin-
cipio ecclesiæ omnibus qui sacro baptismate
abuebantur, vt annotat August. in psal.
85. Nam cum in veteri legi circumcisi om-
nes sancti dicerentur, sicut. Leuit.ii. Sancti e-
ritis quia ego sanctus sum. & alibi: Populus
sanctus est Domino , Deuteronom. 7. prē-
stantiori ratione, baptizati omnes sic dice-
bantur . & sic Petrus aiebat: Vos genus ele-
ctum, gens sancta. Nam vt docet Origenes
homil.ii.super Leuit. Sanctus est qui segregat
se à malis actibus, & mancipatus atq; de-
dicatus est Deo. tum cum authore Macro-
bio lib.2.Saturnaliorum cap.4. sanctum in-
terdū idem sit quod sacrū aut religiosum,
interdū idem quod incorruptum:indē sit vt
quia per baptismum puri & immaculati ef-
ficimur, sancti dicamur, & simus. sic ad Ephe-
fios i. Elegit nos in ipso vt essemus sancti &
immaculati, & ad Roma. i. Omnibus qui
estis

estis Romæ dilectis Dei, vocatis sanctis, Ad
Philip.i.Omnib⁹ sanctis qui sunt Philippis.
& in fine: Salutant vos omnes sancti. i. Co-
rinth.14.Sicut in omnibus ecclesijs sancto-
rum doceo. Verum quia sanctitas authore
D.Dionysio de diuinis nominib⁹ cap.12. Est
ab omni scelere libera perfectaq; mūditia,
firmata iam religione, sanctosolū eos appellare
in vīu est, quos apud Deū degere, & ei⁹ vi-
sione frui certo scimus. In ſcriptura tamen,
sanctus is dicitur qui omni, qua potest pieta-
te Deum colit, atque proximum beneficijs
iuuat, in qua significatione hic vſurpatur:
quod nullus reperiatur in terra qui Deū col-
lat atque reuereatur vt par est, hisce verbis
indicans. Quæ verba ſi de decē tribubus di-
cta elle quis velit, facile in eam deueniet ſen-
tentiam, vt omnes prorsus defecille credat,
cum in eam omnes abijſſe captiuitatem vi-
deat, à qua nunquam ſunt reuersi: Verum
in eam ſententiam vix adduci potero, vt nuſ
lum qui Deum timeret atque reuereretur,
in illa gente reperiri afferam. Nam cum ini-
quis Heliæ temporibus hoc ipſi in mentem
veniſſet atq; persuaduſſet, dictum illi eſſe
legimus, quod nūquā ipſe existimauſſet ve-

3. Reg. 19. rum. Reliqui mihi septem millia virorum qui non curuauerunt genua ante Baal. Semper Deus in populo suo aliquos reseruat sibi, quod in Tobia clare constat, qui in captiuitate constitutus, nec sic quidē à Dei timore recessit: quod ergo paucissimi reperiuntur sancti in terra & recti: omnes perisse dicunt, sicut in psalm. 13. dicitur: Non est qui faciat bonum, non est usq; ad vnum: quia paucissimi sunt qui opere compleant bonum. Per hyperbolē ergo, qua frēquēter scriptura vtitur, hoc dictum esse constat, quū & temporibus Micheæ, Amossum & alios prophetas fuisse legamus.

Omnis in sanguine insidiatur, vir fratrem suum ad mortem venatur.

S Stephanus Papa in epist. decretali 2. de accusat. sacer. sic hæc verbalegit: Omnes in sanguine insidiatur, vnuſquiq; proximū ſuū tribulat, omnes in malum manus suas preparant. Facile hoc constat ex Regū Israel historia in qua frēquēter legimus q; ali⁹ aliū occiderit, vt regno potiretur, atq; hic eadē ratione ab alio occisus sit. Nadab Hieroboamo successit, & insidiatus est ei Vaasa, percus-

percussitque eum, & regnauit pro eo. Vasa successit Hela, rebellauit contra eum seruus eius Zambri, & occidit eum, & regnauit pro eo: contra Zambri surrexit Amri. Ioram interfecit Ieu. Sellus percussit Zaphariā: & hunc percussit Manahen de Therfa. Omnes ergo in sanguine insidiantur; vbique infideli, vbique fraudes, vbique innoxius sanguis effunditur, auaritia, & dominandi libidine germanitas ignoratur. Diximus iam antea per sanguinem opes intelligi, sunt enim diuitiæ quibus alimur veluti sanguis in corpore, & sic inquit: Omnes insidiantur vtdolis atq; fraudibus fratrum opes rapiant, quomodo cunque fratribus imponere omnes studēt, & retia figere quibus incauti irritiantur, & bona eoru ipsi surripiant.

Malum manuum suarū dicūt bonū.

O Pera sua mala laudat, & bona esse prædicat, quod grauiter ab Elaia reprehēdit cap. 5. Væ, qui dicitis bonum malum, & malum bonum. Prouer. i. Qui lætantur cū male fecerint, & exultat in rebus pessimis, semita eorum ad malum tendit. Quæ vtinam nostris temporibus non conuenirent.

Princeps postulat, & iudex in reddendo est, & magnus loquutus est desiderium anime sua, & conturbauerunt ea. Qui optimus in eis est, quasi paliurus, & qui rectus quasi spina de sepe.

INcipit describere peruersitatem ludicum Samarię. Princeps, inquit, postulat litem mouens, & seipsum suę causę Iudicem cōstituit, quod summatty rannis est: aut princeps postulat, & Iudices quos ad ministros iustitiae constitutos habet, statim consentiūt postulationi Principis, & tanquam iustissimam executioni mandant. Princeps persuadet Iudici, ut iniuste iudicet & ipse consentit. Aut ipsi Principes non ab offerentibus sponte munera accipiunt, sed cogunt subiectos munera offerre: & iudices sic lites dirimunt, ut pari illi possit referri ab alio iudice, quod Esaias cap. i. dixit: Omnes diligunt munera, sequuntur retributions. Sic & Pagninus trāstulit: Iudex iudicat propter retributionem. Iudices dicunt: Iudica tu pro me, & ego pro te iudicabo, in illo tribunalī in quo ego præfideo tuas partes agam: tu in tuo

age

age meas. Magnus loquutus est id est, qui in lege doctissimus videtur, non Dei, sed suam volūtatem loquitur. Et cōturbauerunt eam, scilicet urbem, vel veritatem, vel terram. De quadixit: Periit sanctus de terra: siue vt Pagninus, Magnus loquitur affer munera, quod ad perditionem animę eius est, & qui audiūt multiplicant illa: adhuc plura & maiora affirmant esse illi concedenda, quod vtinam non passim experiremūr. vel forsan alludit propheta ad illam historiam quæ habetur 3. Reg. 21. Quādo impia Iezabel literis missis ad Iudices postulauit, ut Naboth iustum iniuste condemnarent, ut vineæ eius possessio nē ipsa obtineret, quod ab illis opere adimpletū legimus. Qui optimus est in eis quasi Paliur⁹: ut vno verbo cōprehēderet omnia, sic dixit: Quid opus est singulos accusare, Eligite quem vos iustiorem existimatis, & illum adhuc iniquis moribus præditum, & spinosum esse reperietis. Paliurū aliqui herbam spinosam valde esse aiunt: Dioscorides fruticem aculeatū esse dicit. Inconstans quidem & varia est apud authores Paliuri descriptio, conueniunt tamen spinis præditam acutis esse, quod carmine indicauit poëta.

B b 5

Carduus

Carduus, & spinis surgi Paliurus acutis, quod prius dicit, alijs verbis declarat: Et qui rectus quasi spina desepe sunt veluti rubus & spinose arbores, quæ, quacunq; parte contingas, spinis suis pungunt, quacunq; parte consideres, insuenies in eis quæ reprehendas, & aliquid reperies quod ledat.

*Dies speculationis tuae, visitatio tua
venit, nunc erit vastitas eorum.*

Si quæ antecesserunt consideremus verba. Hæc ad Samariam verba loquitur propheta: si autem quæ sequuntur, Hierosolymitanæ vrbi ea cōuenire videntur. Sed placet magis, vt ad vtrāq; prophetæ sermo sit. Ecce, inquit, iam præ foribus adest calamitas à nobis speculata. Ecce adest visitatio tua, nūc erit vastitas habitatorum tuorum. Hoc, visitationis nomine intelligebat. Etenim visitare in sacris literis, & in bonam & in malam partem sumi solet: visitat Deus cum confert beneficia, cum miferetur, cum illuminat, sicut ex illo Zachariae constat, Benedic Deus, quia visitauit & fecit redemptio-

nem

nem plebis suæ. & psalm. 105. Visita nos in salutari tuo, visitat etiam cum affigit, cum supplicium sumit, cum tribulationes immittit: Nam & hoc facere illū maximi beneficij loco est habendum, licet nobis aliter appareat. Sic per Esaiam dicebat cap. 13. Visitabo super orbis mala. & cap. 14. Visitabo super peccata eorum. Et per Hieremiā cap. 5. Super hæc non visitabo? & Oseam cap. 4. Nō visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatæ. & per Sophoniā c. i. Visitabo super Principes & super filios regis, & super omnes qui induiti sunt veste peregrina, & super omnem qui arroganter ingreditur. & psalm. 88. Visitabo in virga iniquitates eorum. atque inde dies Iudicij, dies visitationis dicitur, sicut Esaiæ 10. Quid facietis in die visitationis, & calamitatis à longe venientis? Cum enim in illa die, & bonis supra bona, & malis æternæ supplicia sint inferenda optima ratione dies visitationis dicitur: Cū vero ambiguum esse posset, quid istis verbis vellet, Visitatio tua venit tibi: explicuit sicut frequenter scriptura facere solet, quod semel obscure dixit his clariorib⁹ verbis: Nunc erit vastitas eorum. Verū Hebræa

verba

verba licet eodem sensu, clariorem tamen nobis sententiam reddere videntur. Sic Vatablus trastulit: Dies speculatorum tuorum, visitationisq; tuę venit, tunc erit perplexitas eorū, siue nūc erit desolatio eorū: sicut Pagninus trastulit, vt sint verba prophetæ irridentes eos, quia falsis prophetis fidem habebant, sicut antea s̄ape annotauimus. Ecce, quasi dicat, iam adest dies ille, in quo falsi tui prophetæ, omnia tibi prospera, & ex animi sententia euentura prædicebant: Ecce iam de te poenas sumet Deus, ipsiq; perplexi erunt cū secus omnia contingere videant, quam ipsi prænuntiauerāt. Nunc etiam eorum erit desolatio, & sui mēdacijs, & falsitatis poenas dabant: breui Deus illos puniet propter illatam ab illis iniuriā mendicis & inopibus. Et cum verbis sequentibus mire cogruit hic sensus, vt etiam hac sola ratione placeat mihi.

Nolite credere amico, & nolite confidere in duce, ab ea qua dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui, quia filius contumeliam facit patri, & filia consurgit aduersus matrem suā, nūrus ad-

rus aduersus socrum suā, inimici hominis domestici eius.

*E*cce, inquit, visitatio tua aduenit, illi vastabuntur qui tibi prospera cūcta ac fœlicia promittebant. Ecce præforibus iam adest calamitas, quidquid dicant amici & chari, vxor & filij, quidquid mentiatur pseudo-prophetæ, nec enim amici, neque duces, neque alij liberare vos poterunt, quod si rara fides inter sanguine ac foedere cōiunctos reperitur, si nūsquam iam est tuta fides, quanto minus illam reperiendam esse putare debetis, inter eos qui questus alicuius gratia adulantes mentiuntur vobis, ac vos decipiūt, & amicitiam simulant: filius vilem habet patrem, & filia insurgit contra matrem, & domestici aduersus domesticos inimicitias, & similitates gerunt, quo fit, vt soli Deo fidendum ac credendum sit. Nolite credere amico, cum tam raro veri reperiatur amici, cum vix qui pacta conuentaque seruet, inueniatur. Achitophel aduersus Dauidem, & Iudas aduersus Christum insurrexerunt, & pāssim simulati amici insidias amicis texunt. Nō hic propheta prohibet, vt veris non fidamus amicis.

amicis, cum amicus sit, alter ego: sit dimidium animæ meæ, qui fieri potest, vt mihi non credam, mihi non fidam: cum & Christus R. N. suo nos doceat exemplo, vt sua sequamur vestigia, cum suis diceret Ioannis 15. Iam non dicam vos seruos sed amicos, quia omnia quæ didici à patre meo nota feci vobis: & rationem reddens, quia perseuerasti, inquit, mecum in temptationibus meis. Probatis ergo amicis fidendum esse nullus negat, sed tales diu queruntur, vix inueniuntur, & inuenti difficile seruantur. Nolite etiam confidere in duce: illi enim maxime suis ducibus & fortissimis militibus confidebant, sed neque in his fidendum esse præcipit. Duces populi, inquit, Iere. cap. 4. nescierunt, filij stulti sunt, & non intelligentes, sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nescierunt: & cap. 17. Maledictus homo qui confidit in homine, & apponit brachium circa carnem suam. Sed cum Davide semper dicendum est: In Domino confido, Deus est spes mea, refugium meum, & fortitudo mea: vel allusit forsan prophetæ ad historiam illam, quam Iudicum 9. legimus: Abimelech cùm à suis dux populi

eflet

eflet creatus, occisis septuaginta fratribus, contra suos etiam innumera perpetrasse facinora, & ita hic dicit: Nolite confidere in duce, nam aliquando dux omnia peruerit. Pagninus vero aliter transtulit, & cum his quæ sequuntur conuenit eius translatio: Ne, inquit, vxores fidatis marito: & sequitur: Et tu vir ab uxore quæ dormit in sinu tuo, custodi ostia oris tui. Neuter: quasi dicat, alteri fidat. Ab ea quæ dormit in sinu tuo, periphrasis est uxoris, qua summum viri erga uxorem amorem docet, uxori quam habes charissimam ne secretum detegas. Variū em & mutabile semper fœmina. plenæ sunt historiæ exéplis, quæ indicant, quot ab uxoribus sint decepti viri: facile nobis hoc ostenditur Iudicum 13. In Dalida, quæ archanum Sampson, septem dierum exprefsit lachrymis, & amore simulato, quod latebat inuenit: facile appetat quantum malum euenerit Achab reuelanti secretum uxori Iezabel. 3. Regum, 21. Vnde efficiatur, vt si neque charissimæ sit fidendum uxori, multo minus pseudoprophetis fallacibus & dolosis. Quia filius contumeliam facit patri: filius qui naturæ vinculo, patri

patri adeò est coniunctus, illi iniuriam irrogare audet, quanto magis isti facient? Cham contumeliam patri fecit tridédo eum Gene. 9. Ruben contumeliosus extitit ingrediendo ad concubinam patris sui, & commaculando cubile eius Gene. 35. Absalon contra patrem insurrexit, & spectante populo ad uxores patris sui fuit ingressus 2. Reg. 17. filii Sena cherib patré occiderunt suum. 4. Reg. 19. & nos patri nostro sèpius contumeliâ facimus, sicut per Malachia ipse queritur: Si pater ego sum, vbi est honor meus? & per Èsaiam cap. 1. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Hæretici quotidie aduersus ecclesiâ matrè suam insurgunt. Quod si tam multa huius rei nobis suppetunt exempla, multo minus quibuscunq; alijs fidendū esse conuincitur: filia etiam insurgit aduersus matrem suā, de qua re licet in sacris litteris exemplum non reperiatur, in prophanis tamen authoribus paùsim se se nobis offerunt exempla. Et nurus aduersus socrū suam: quod frequentius accidit quam ut in exéplis adducendis sit immorandum. Quid est hoc, inquit. Comicus, qd omnes socrus oderunt murus. Gene. 26. filii Heth insurrexerunt aduersus Rebeccam so-

socrū, & sic dicebat, tede me propter filias Heth. Et inimici hominis domestici eius, qd frequenter & in sacris & prophanis litteris legimus, si hisce omnibus fidendum non est, quāto minus pseudoprophetis, qui questus gratia vobis placentia annunciant. Legimus Matth. 10. Christum R. N. ad ista prophetæ verba allusisse cum dixit: Nolite putare quia venerim pacem mittere in terra, nō veni pacem mittere sed gladiū, veni separare hominē aduersum patré suū, & filiā aduersus matrē suā, & nurus aduersus socrū suā, & inimici hominis domestici eius, quod difficultatē ingredit illud est. Quippe qd hic reprehensionis species habet, ad illud venisse Christum faciédū ipsemēt affirmat, cuius rei gratia cōsiderandū est, verbum euangelicū veluti pharmacū esse, quod malos humores à bonis separat, & sic dicitur: Non venit pacem illam mittere Christus quā mūdus dat, sed venit ad separandum bonos à malis, filios à parentibus, & domesticos à domesticis, cum illis impedimentoa sunt, vt virtutis studium non amplectantur, magis Deo quam hominibus paréndū esse, qui enim nobis peccandi occasionem tribuit, quantumcunque sit pater, aut mater,

aut sanguine coniunctus, à nobis est separandus. Nā si oculus tuus, aut pes, aut manus, aut res quantumcunque chara, quantumcumq; vtilis, scandalizat te, erue eam & projice abste: amici si causam peccandi p̄bteant, quasi inimici sunt reputandi, quod Deut. 13. dictū esse legimus: Si filius matris tuæ dixerit tibi, veni sacrificemus Dijs alienis, ne acquiescas ei: & Deute. 33. Qui dixit patri suo aut matri suæ, nescio vos, & fratribus suis ignoro illos, & nescierunt filios suos: Hic custodierunt colloquium tuum & pactum tuum seruauerūt, iudicia tua Iacob: & legem tuā ò Israel. & Exod. 32. Dixit Moyses: Si quis est Domini, iūgatur mihi, & occidat vnuſquisque fratrem suum, & amicū, & proximū suum: fecerūtq; filij Leuiuxta sermonem Moysi, & ait Moyses: Confecratis manus vestras hodie Dominō, vnuſquisq; in filio & in fratre suo, vt detur vobis benedictio: Ex quibus verbis sensus prophetæ colligi videtur. s. prophetā admonere ne suis obtemperent aut fidem habeant cum prospera omnia & fœlicia illis promittat, nā in die visitationis nec parētes filios, nec filij parētes, nec amici amicos liberare poterunt, quin si illorū causa aliquid inique

inique egerunt, poenas acerrimas luant.

Ego autē ad Dominum aspiciā, exspectabo Deum saluatorē meum: audiet me Deus meus.

HAEC verba aliqui existimāt esse p̄phētæ, alijs ciuitatis Hierusalē, quā vēluti criminā & defectus agnoscentē suos in hoc capite introduxit. Cum nullus nos liberare possit, nec in aliquo fiducia sit nostra collocanda: Ad Dñm, inquit, aspiciā. Expectabo Dēum saluatorem meū: qui fidelis & verax est, & qui nō fruſtratur sperantes in se. Oculi mei semper ad Dñm, psal. 26. Dauid dicebat: Eleuauit oculos meos ad Dñm psal. 122. & sic Hiere. Threnorū 3. Leuemus manus nostras & corda nostra & oculos nostros ad Dominum.. Et rex ille Iosaphat 2. Paralipo. 20. aiebat. Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solū habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. & Iob. 13. cap. Etiam si occiderit me, dicebat, in ipso sperabo. Plena est scriptura sacra huiusmodi verbis sanctorū, & subdit p̄pheta: Audiet me Deus meus. qui bus verbis animi sui certitudinē docet, quā de Deo habet, præsto illum adesse eis qui

inuocanteum, & fiduciam suam in eo collo
catam habent: quia sperauit in me liberabo
eū, qui querit accipit, & pulsanti semper ape
rio, & statim cū clamaueris dicam: Ecce ad-
sum Esaiē 65. Inuocando me exaudiuit me,
psal. 4. Deus iustitiae meę: vt in Hebręo habe-
tur. Sic ergo, inquit propheta, cum ego ad il-
lum aspiciam, & oculos meos in illū figā au-
diat me Deus meus.

*Ne lāteris inimica mea super me quia
cecidi: consurgam: cum sedero in tene-
bris, Dominus lux mea est.*

VErba ista aperte videntur esse ciuitatis
Hierusalem & duarum tribuum. Cum
duæ tribus in captiuitatem ductæ fuerint in
Babyloniā, ipsam his verbis alloquuntur. Nā
quod Iudæi affirmant Romanum alloqui, mi-
hi non sit verisimile: inquit ergo: O tu Baby-
lonia inimica mea, ne lāteris super me, eo
quòd captiuua apud te detinear, & ceciderim
ab illa gloria & honore in quo constituta e-
ram: Consurgam enim: non ita cecidi si-
cut decem tribus quę nunquam pœnitentiā
égerūt, & sic non sunt reuersæ: ego vero con-
surgam, neq; semper apud te captiuua detine-
bor.

bor. Quæ verba secundum tropologiam a-
nimæ peccanti mire quadrant, quæ temper-
dum viuit per pœnitētiā resurgere potest.
Dominus enim alleuat elisos psal. 144. Nun-
quid qui cecidit non resurget? Hierem. 8.
Nunquid qui dormit non adjicet vt resur-
get? psalm. 40. Non deest Deus peccatori-
bus quantumcunq; in tenebris peccatorum
sedeant, nisi per illos steterit: & sic dicit. Cū
sedero in tenebris Dñs lux mea est: nisi per
me steterit luminis mihi satis à Dño cōcēdi-
tur vt resipiscā, vt resurgā: sedētibus ēm̄ in te-
nebris & in umbra mortis lux orta est eis. E-
sa. 9. Dñs illuminatio mea: psal. 26. & lucerna
pedib⁹ meis, & lumē semitis meis verbū tuū.

*Iram Domini portabo quia peccavi
ei, donec causam meam iudicet, & fa-
ciat iudicium meum & educet me in
lucem & videbo iusticiam eius.*

SToici huiusmodi affectus tanquam ani-
mi morbos a viro sapiēte relegabāt: quo
fiebat vt à Deo prorsus ablegarent. Verum
de hac rē à ceteris philosophis sunt reprehē-
si, qui id quod à natura tributum est nobis, &

quod à nobis separari nequit, tollere ipsi conaretur: Sed scriptura sacra, ex qua omnis vera philosophia pendet, irā prorsus nō tollit sed immoderatā & fine ratione: Ira scimini, inquit, & nolite peccare, psalm. 4. Sol non occidat super iracundiam vestram: & aliquorum iram laudat, sicut iram Phinees, Numerorum 25. & iram Pauli, quando Corinthium tradidit Sathanæ cruciandum: i. Chorinth. 5. & quando Galatas insensatos appellat: & aliquos reprehēdit quod irę pepercérint: sicut q̄ pepercérit Saul i. Reg. 15. Amalachitis, & Achab quòd pepercérit Benadab Regis Syriae 3. Reg. 20. Vnde nec ab ipso Deo prorsus iram tollit, quin illi frequenter iram tribuit, De qua re eleganter Lactantius librum addidit de ira Dei: licet metaphorice in illo sit, quia ad modum irati hominis se habet in corripiendis moribus, & puniendis sceleribus: sicut & misericordia illi tribuitur quia ad modum miserentis hominis se gerit. D. Chrysostomus homi de misericordia & cōfessione sic inquit: Ira in Deo non est affectio, sed pœna in nos, eo vocabulo nominatur. Cum ergo Deus de nobis aliquando supplicium sumat, nostri irasci dicuntur &

Matth. 25:

Ad Ephe. 4

Cap. 3.

& benignitatis suæ maximum signum: corripit quem diligit isto modo, & filium quem amat sic castigat. Sic 2. Machab. Obscenos autem eos qui hunc librum lecturi sunt, ne abhorrescant propter aduersos casus, & reputent ea quæ acciderunt non ad interitum, sed ad correptionem esse generis nostri, etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere magni beneficij est indicium. Nō enim sicut in alijs nationibus Dominus patiēter expectat, vt eas cū iudicij dies aduenerit in plenitudine peccatorum puniat: nunquā enim à nobis misericordiam suam amouet: Corripiens vero in aduersis populum suū non derelinquit. Quibus verbis nihil clarus dici potuit. Sed qui considerauerit scripturam sacram ad hominum existimationem frequenter loqui, facile huic obiectioni satisfaciet. Homines enim illos nobis iratos esse arbitramur, & dicimus, qui nos pœnias aliquibus afficiunt. Ad hunc modū Hierusalem dixit. Irā Dñi portabo: quam tamē summū beneficium reputare deberet: etenim correpro ad præsens nō videtur esse gaudij, sed mero ris, postea vero fructum pacatissimū reddit,

his qui

his qui per eam fuerint erudit: nec etiā parui beneficij est recognoscere, mala quæ patimur à Deo prouenire. Inde efficitur vt leuius illa feramus quām si ab hominibus nobis afferrentur illa mala: quod & hoc verbo indicauit: Portabo. i. patienter ferā hanc captiuītatem in qua detineor, eo quod à Domino intelligam prouenire, in supplicium peccatorum meorum, eò quod ei peccauerim, vt enim docet D. Tho. in addi. 3. p. q. 15. art. 2, Si flagella quæ pro peccatis à Deo infliguntur, fiant aliquo modo ipsis patientis, rationem satisfactionis accipiunt: fiunt autem ipsis iniquatū ea acceptat ad purgationē peccatorū eis vtens patiēter. Si aut omnino per impatientiā dislentiat, nō habet rationē satisfactionis, sed vindicationis. Et sic cum Hierusalem hic veluti resipiscens à propheta introducatur, merito dicit, libenter exoluam pœnas quas de me Deus sumit, quia peccavi ei: quibus verbis vere pœnitentis signa præbet, atque sanari volentis, hoc in nobis pœnitentia agit, vt morbos recognoscentes nostros malagmata queramus, quibus medicari valeamus, sicut docet D. Basil. in lib. de regulis fusius disputatis in proœmio, tum &

Cc 5 inde

inde docemur, ad nostram iustificationem aliquid etiam à nobis requiri, vt iustificari possumus: qui fecit nos sine nobis, non saluauit nos sine nobis, vt August. inquit: & hoc ait feram, donec causam meam iudicet, & faciat iudicium meū. Tātisper feram quousq; ipse iudicet poenam inflictā sufficere ad sanitatem comparandam, vsq; ad septuaginta annos, quos Ierem. prædixit cap. 25. Tunc educet me in lucem. Nam dum in captiuitate detinebatur, videbatur esse in tenebris: peccatores in tenebris ambulant atque **Ad Ephes.** ipsi tenebræ sunt: Eratis, inquit, Paulus aliquādo tenebræ, nunc autem lux in Dño, sicut filij lucis ambulate, & hoc est quod dicit: Et videbo iustitiam eius, nam id est in luce ambulare. Peccator, dum in peccatis manet, non videtur recognoscere iustitiam Dei propter tenebras in quibus ambulat: vel quia dum in captiuitate detinebantur, videbantur quodammodo spem depositisse de Messia aduentu, qui iustitia in scriptura dicitur Ierem. 31. Hoc est nomen, quo vocabūt eum, Dñs iustitia nostra, &c. I.ad Cor. 1. factus est nobis à Deo iustitia. Ideo dicit: tūc cū educta fuero ē captiuitate, & ad proprias remeas.

205
remeauero sedes, nā id est: In lucem me educet, Videbo Mesiām, quem tam anxie expecto, hoc est, sperabo me eum visurum.

Et aspiciet inimica mea, & operietur confusione, qua dicit ad me: Vbi est Dominus Deus tuus?

BAbylonia tunc aspiciet gloriam meā, & cofundetur cum illam viderit, & erubescer eō quod me confundebat, cum exprobaret me non habere Deum adeò potentē, qui ē manibus eius liberare me posset: tunc illud sapientis dicit: Ecce quos aliquando habuimus in derisum, quorum vitā aliquando putabamus insaniā. Ecce quomodo computatis sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorū est. De horum aut̄ verborum tropologicō sensu, cum eleganter D. Hiero. differat ad illum, diligentē remittimus lectorem.

Oculi mei videbunt eā, nūc erit in conculationem, ut lutū platearū. Dies, ut adficientur maceria tua: In die illa longe fiet lex. In die illa vsq; ad te veniet Assur, & vsq; ad ciuitates muneras:

nitas, & à ciuitabus munitis usque ad flumē, & ad mare de mari, & ad montem de monte, & erit terra in desolationē propter habitatores suos, & propter fructum cogitationum eorum.

LOQUITUR ADHUC Hierusalē, & dicit: Oculi mei videbunt eam, sicut videre optabant, scilicet, destructam à Medis: quæ phrasa superius est vsus c. 4. dices. Et nūc cōgregatæ sunt super te gétes multæ, quæ dicunt lapi detur, & aspiciat in Sion oculus noster, scilicet, mala quæ videre optabat. Nunc, inquit, quando præparabat reædificare muros suos, ut lutum platearum cōculabatur: In die illa longe fiet lex: scilicet tributorum quæ à nobis exigebat. Et sic Esa. Regi Babylonis insultabat cap. 14. Quomodo cessauit exactor, qui uuit tributum: vellex illa, quam aduersus legē Dei iusserat obseruari. pergit vñterius: In die illa usque ad te veniet hostis ab Assyria, & non solum usque ad te veniet, sed etiā usq; ad ciuitates munitas quæ in te sunt, & à ciuitatibus munitis, usq; ad flumē Euphratē, & à mari mediterraneo usq; ad mare rubrū,

& omnes

& omnes montes capiet. Omnia, quasi dicat, in circuitu terræ Sanctæ vastabit hostis, & tota intermedia regio, quæ tuo subiacet imperio subiugabitur: scilicet à Medis, & Persis: & tota erit in desolationem propter habitatores suos, & propter iniqua opera, quæ ipsi cogitabant, scilicet Deū nostri prorsus esse oblitum, & defecisse iam, nec eas habere vires, ut à Babylonij liberare nos posset: vel hęc omnia illis cōtinget, ut digna factis rependant suis: & hic sensus cum his quæ antecedūt, & sequuntur, mea sententia, præterquæ quod à Septuaginta senioribus est redditus, facile conuenit. Verum D. Hieron. ad Hierusalem sermonem esse prophetæ nomine Dei existimat, ab illo verbo: Dies ut ædificantur maceriæ tuę: quæ erat à Babylonij vastatæ: In die illa longe fiet lex, i. non iam subiacebis Babyloniorum imperio. In die illa qua ædificabūtur maceriæ tuæ, venient ad te de Assur, & de ciuitatibus munitis, & à ciuitatibus munitis usq; ad Iordanē, & à mari rubro usq; ad mare mortuū, & ad montē Sion, de móribus Persarū atq; Medorū, in quos translati prius fuerat Iudei, & erit reliqua regio Chaldæorū, & eorū quite vastauerūt in desolationē, propter habitatores

habitatores. quæ autem Rupertus Abbas vir do
ctissimus Hieron. explicatione sequutus in
mediū adducit, silentio libens prætereo, eò quod
minime illa cōuenire video cū his quæ ante-
cedunt & sequuntur, quod in explicādis pro-
phetis: sūma diligētia est à nobis inspiciēdū.

*Pasce populū tuū in virga tua, gregē
hereditatis tuae, habitātes solos in saltu,
in medio Carmeli: pascentur Basan
et Galaad iuxta dies antiquos, secundū
dies egressionis tuae de terra Ægypti.*

Verba patris esse ad filium D. Hier. sentit,
quibus pastorē nostrum alloquitur, vt
suos pascat pedo pastorali: Verum cōuenire
potius videtur, vt sint verba ipsius prophetæ
precantis Deum, vt populo Israelitico adsit.
Nam cum, vt dicebamus, verbis superioribus,
mala quæ super Babyloniā erāt vētura prēnū
ciasset, & sup oēs circūuicinas regiones terre
prmissionis, nūc vt ab illis malis populū suū
liberet precatur: Difficile em est malū pr̄fusus
effugere, cū circūuicina omnia ab hostibus
vastatur, & alterius subiugātur imperio: sem-
per aliquid mali ppter vicinū malū accedit.

Ideo

Ideo precatur, vttalē De' curā de populo suo
habeat, qualē de ouibus pastore habere vide-
mus, nā, hoc nomine scriptura frequēter curā,
& sollicitudinē quā nostri semper gerit De',
significare solet, vt vel sic in memoriā redu-
cat nostrā labores & molestias quas p nobis
pertulit: tūt intelligamus nos oues esse, quæ
omniū patecamus morsibus, nisi ipse sua cura
protegat. Sic apud Esai. c. 40. Sicut pastor gre-
gē suū pascet. & apud Ezech. 34. Suicitabo, in
quit, pastore vnū, & Zacha. 13. Percutiā pasto-
rē, & dispergentur oues. & ipse se pastore ap-
pellat Ioan. 10. & apostolus Paulus ad Heb. 13
Pastore magnū ouiu, & Pet. 1. epist: c. 5. Princi-
pē pastorū appellat. Cū ergo pastor sis & ou-
ues habeas, pasce populū tuū, sic psal. 68. Nos
autem populus tuus, & oues pascue tuæ: quod idē
est & psal. 74. Cōuersus est furor tuus super ou-
ues pascue tuę: & Ezecl. 34. Ego ipse requirā ou-
ues meas. Pasce, inquit, in virga tua: & licet a-
liquando virgæ noīe intelligere soleat scrip-
tura acerrimā pūitionē, qua impios afficere
solet De': sicut psal. 2. Reges eos in virga fer-
rea: & 1. ad Cor. 4. In virga veniā ad vos, an
in spiritu lenitatis & māsuetudinis, vt anno-
tauit Hiero. super Ierem. cap. 1. & Euthymius
super

super verba illa citata, psal. 2. & super verba psal. 109. Virgā virtutis tuae emittet Dominus ex Sion. qua ratione suis prohibuit Christus Matth. 10. ne virgam in via portarent. i. ne feueritate & duris vterentur obiurgationibus, tamen virgæ nomine frequenter etiā doctrinam euangelicam intelligit, quæ ve- luti virga æquitatis omnia nostra in rectum finem dirigit. & sic psal. 44. Virga directio- nis virga regni tui, & virgā virtutis tuae emit tet Dominus ex Sion, quod ab Esaia & Mi- chæ clarioribus verbis dictum est: Ex Sion exiuit lex & verbum Domini de Hierusalē: vt ergo pöpulum suū pascat in virga sua pro pheta precatur. i. vt illos iam sic dirigat sua doctrina, ne amplius in priora labantur ma- la, aut illa eos attingant quæ supra circumui- cinas regiones erant ventura. Erant ante a ve- luti oves errates sicut Petrus dicebat, iam er- go vt conuertat illos ad pastorem animarū suarum postulat, quod fiet si Christus suo pe- do sua cura pastorali illos ad pascua optima educat atq; reducat: gregem, inquit, hæreditati- tuæ, alijs verbis sicut frequenter mos est prophetis, quod prius dixerat repetit, scili- cet, Pasce populum tuum gregē hæreditatis

tuæ

tuæ, quem veluti hæreditatio iure possides. populum illum Deus veluti peculium suum & hæreditatem suam saepius se elegisse affir mat. Habitantes, inquit, solos in saltu in me- dio Carmeli: per itat in metaphora ouium, & quia maximum in eis ouibus periculum si si- ne pastore in medio saltu erreret, sicut Iudei contingebat, qui veluti oves sine pastore in Babylonia detinebantur: illorum miseritus propheta Deū precatur, vt illic illis præsto adsit, vt illic eos pascat, ac si essent in monte Carmeli. i. ac si essent in medio populis sui. Est difficile inter suos patrias seruare leges, difficilius tamen inter alienos & à legibus nostris abhorreutes. Est nimium difficile vir- tutis esse cultorem si quis inter eos versetur, qui nihil minus quam virtutis studium a- mant: quod si tu illos pascis nihil deerit il- lis nam in sterili loco quantumcūq; versem- tur ea tamen pascua inuenient ac si in Baasan & Galzad errent, loca pascuis aptissima & multum herbæ prodiga: tum ea omnia obti- nebunt bona quæ olim concessisti, quando in deserto pane cælesti eos pauiisti, in ea ver- fabuntur felicitate in qua fuerunt cū olim ex Aegypto sunt egressi: Nec male quidem

Dd sensus

sensus Vatabli conuenit: Pasce populū tuū qui in loconomis periculoſo versatur tanta ſecuritate & confidentia, quam ſi eſſet in me dio Carmeli.i.agri fertiliſ: nomine enim Carmeli, abundantiam & fertilitatem ſolet ſcriptura denotare, vt annotauit Hier. Eſaiæ 16. Habitent in regionibꝫ ſoc̄ūdīſ, ſicut olim fecerunt: quod promiſſe videmus Ezech. 34. faciā cū eis pactum pacis, ſecuri dormient in saltibus, ponā eos in circuitu collis mei benedictionem, & erunt in terra ſua absquettimōre: quaſi preceſtur Deum vt concedat Iſraeli reditum in patriam ſuam, vbi fixam atque tranquillam ſedē habeat. Rēſpōdet aut̄ Deus ſe exaudiffe orationē prophetæ, & dicit: Iuxta dies antiquos, ſecūdū diē egressio niſ tuæ de terra Aegypti oſtēdā ei mirabilia i. vt eduxi olim populū meū de Aegypto cū signis & prodigijs, ita educā populū meū ē Chaldeā, nō ſine signis & pdigijs. vel q̄ ex illo loco incipiat loqui Dñs. Pafctetur Galaad, & Basan, ſicut in Latinis codicibꝫ dispūgitur. *Videbunt ḡtēſ & cofundentur ſuper omni fortitudine ſua. Ponēt manū ſu per os, aureſ eorū ſurda erūt, lingēt pul uerem*

uerē ſicut ſerpētes, velut reptilia terra p turbabūt de adibꝫ ſuis, dñm Deū noſtrū non deſiderabūt, & timebūt te.

I Vxta ſenſum redditum facile intelligimus ea quæ ſequuntur. Cum ē Chaldeā, inquit, Iudeos eduxero, videbunt gentes mirabilia quæ ego faciam, & confunden- tur: namque cum in ea eſſent ſententia, vt existimaret Deum Iudeorum defeciffe, nec eas habere vires vt populum ſuum educe- revaleret: Cum ſecus eueniſſe videant, con- fundentur ſuper omni fortitudine eius, cum videat illos ita forte m ædificare ciuitatem, ponet manus suas ſuper os, & velutio obſtupe facti nō audebūt loqui: Ecclesi. cap. 5. Sit manus tua ſuper os tuum: Aures eorum ſurdę- runt: non audient, id eſt, non placebit audi- re tam fortia opera illos facere, erunt ani- mo adeò conſternato, vt nec videre nec audire eos deleſtet: lingent puluerem ſicut ſerpentes. i. niſi inclinabūt ſe ad modūm ſupplicum, ita vt vſq; ad terram lambēdā ſe inclinent: qua phraſi vſus eſt Dauid plal. 71. Coram illo, inquit, procident Aethiopes, & inimici ciuiſ ſurda lingent. Osculabuntur,

& lingua sua terram contingent, ad inclinationem maximam significandam more Asiaticorum, qui cum reges suos conueniunt terram coram eis osculantur. Ad modum quo reptilia turbari solent ipsi turbabuntur, & non desiderabunt Deum videre: Sed eum tamē mirabilia operantē formidabunt, & eum timebunt: hisce omnibus verbis quanta potētia sit illi vtendum, cum ē Chaldaea populū suum eduxerit significat, quod illis erat præter spē, qui bus mirabiliter docet, qua sit potentia illi vtendum, cum à seruitute peccati, & diaboli suos liberauerit. Verum quia sensus illustres & magnificos, quos interius prophetē habet & subinvolucris verborum & rerum inuolunt persequi in animo nō est, suo referuātes loco & tempori, ab his supersedemus.

Quis Deus similis tui, qui aufers iniquitatem, & transis peccatum reliquarum hæreditatis tuae.

Cum propheta Deum suę deprecationi respondentem introduxisset se Iudaeis redditum in patriam concessurum, & à captivitate multis æditis miraculis educeturū, illis similibus quibus est usus, cum eos ex Aegypto

pro eduxit veluti in gratiarū actionem protā illustri beneficio, cū admiratione in hæc verba prorupit, quæ non certe sine maxima exclamatione videntur esse asserta. Quis Deus similis tui? nullus certe. Cæteri dīj gentium dæmonia, nihil prorsus quod diuinæ conueniat maiestati habent: sic David dicebat: *Quis Deus præter Deum nostrum?* sic Salomon: *Domine Deus Israel, non est similis tui,* Deus in cælo desuper, & super terrā deorum: quod licet multis in mediū rationibus adductis propheta comprobare posset, ex admirabili cælorum elemētorumq; omniū fabrica, eorumq; cōcentu, quæ opera Dei extant, & in ditione eius sunt posita: Tamē hæc omnia, quæ oculis exposita sunt nostris, præteriens, id quod illustrius & magnificentius multo esse videtur, in medium adducit. Qui aufers iniquitatem, & transis peccatum reliquarum hæreditatis tuae: licet omnia quæ à Deo condita & formata sunt, mirè diuinam prædicent ac enarrēt bonitatem, verum hoc quod propheta asserit, longo interuallo cætera omnia antecellit: quod iniquis parcat, quod eorum peccata eis cōdonet, quod semper ad seueniētes recipere sit paratus, nullaq;

Dd 3 sit tam

3. Reg. 8.

Cap. 43.
Cap. 11.

sicut tam grandis peccatorum moles quæ eius exhaurire thesauros misericordiæ & benignitatis valeat, cui proprium est, ut ecclesia canit, misereri semper & parcere, tu Domine, in oratione sua rex ille Manasses dicebat, secundum bonitatem tuam promisisti pœnitentiam remissionis peccatorum, & sic indignum saluabis me secundum magnam misericordiam tuam. Tu solus es qui auferas iniquitatem, & peccatum transis ab his qui ex animo resipiscunt. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me, Deus ipse apud Esaiā affirmat. & in Apocalip. Mortis & inferni claves habere. propria authoritate, nullus est qui peccatum aliquod condonare valeat nisi solus Deus; hoc male Pharisæos habebat, quod Christum audirent, hominibus peccata condonatē: quo verbo aperte se Deum esse asserebat. Nullus Deus tui similis est qui auferre possit iniquitatem. Et quod istis verbis satis aperte dixerat, alijs repetit, ut amplius manifestet: Tu peccatum à populo tuo, & opprobrium in quo versabatur pro tua erga illum humanitate auferas: cum eius obliuisci deberes & in finem usque repellere, tanta est tua benignitas & misericordia

mericordia erga illos, ut omnium defectuum populi tui oblitus, post terga omnia reiijcīs, illius misertus, ex improba seruitute & misera captiuitate, in libertatem, in gratiam & amicitiam tuam reuoces, & in patriam illis redditum cōcedas: vnde efficitur, ut cognoscamus manifeste nullum Deum tui similem esse. Sic Ezechiel. 34. dicit Dominus: Tunc scient quia ego Dominus cum cōtriuero catenas iugis eorum, & eruero eos de manu imperantium sibi.

Nō immittet ultra furorem suū, quoniam volens misericordiam est.

SYmmachus trāstulit in æternū, & sic Vatab. Nō retinet irā suam perpetuō: siue in sæculū, sicut Pagn. licet aliquādo puniat, licet aliquando furorem ostendat suum, vicitur Nahum. 2 cōscens Dominus & habens furorem, & sic supplicium de suis aliquando sumit, tamen hoc non perpetuō: facile enim reconciliatur, si peccator pœnitentiam agat, quia volens misericordiam est. Si impius egerit pœnitentiam, & ipse quoque pœnitentiam aget à malo quod cogitauerat. Non peccatoris mortem desiderat, sed potius ut conuertatur & uiuat

& viuat, irascitur aliquando, sed non multū durate eius ira: non in æternum irascetur, nec in æternum comminabitur. Cum punit, & illud (vt sèpius diximus) misericordia maxime indicium est: sic lib. 2. Machab. cap. 6. dictum legimus. Nunquam à nobis misericordiam suam amouet, corripiens vero in aduersis populum suum non derelinquit.

Reuertetur & miserebitur nostri, deponet iniquitates nostras, & projicit in profundum maris omnia peccata nostra.

Scilicet, Si nos poenitentiam agimus & mentem mutamus nostram, ipse suam mutabit sententiam, vt more scriptarum loquamur, nā ipse immutabilis est. Si ad ipsum ex animo conuersi fuerimus: & ipse reuertetur ad nos, & omnium delictorum nostrorum prorsus obliuiscetur, nostraque omnia peccata in profundum maris, vt nunquam amplius emergere possint, projicit: Sedet peccatum super talentum plumbi: quod rebus his contingere videmus quæ in profundum maris projiciuntur, id peccatis nostris accidet

accidet. Sic rex Ezechias dicebat: Proiecisti post tergū tuū omnia peccata mea. Solet inter scholæ doctores controverti, an peccatum per poenitentiam semel dimissum, persequens peccatum, quo ad reatum reuerti soleat. In qua disputatione sententiæ Mag. in. 4. d. 22. multis vltro citroq; in mediū adductis, nihil audens diffinire, arbitrio lectoris iudicium relinquit. Gratianus autem quod inde finitū reliquit magister, ipse affirmat, de poenitentia d. 4. c. qui recedit à Christo: vterq; tamen, & qui affirmat peccatum reuerti, & qui in dubio reuocat quod sine dubio affirmasset, si sacras consuluisse scripturas, mea sententia, defecisse videtur. Si em̄ hęc nostri prophetę verba recte consideretur, clarius nihil asseri vñquā potuit, cùm in profundo maris poenitentis peccata esse projicienda assertat: sunt sine poenitentia dona Dei: Dat **A d r o m. a.** omnibus affluēter, & nō improperat: nō cōsurgit in id ipsum duplex tribulatio. De qua re sententia protulit D. Tho. in 3. p. q. 88. ar. 1. **Jacob. i.** **Nahum. a.**

Dabis veritatem Jacob, misericordiā Abraham, quæ iurasti patribus nostris à diebus antiquis.

Pergit propheta magnifica Dei opera erga suos celebrare, atq; ait: cū tui similis existat nullus, tam facile cū te propiciū exhibeas: dabis etiam veritatem Iacob, & misericordiam Abraham: & quāuis huius gentis peccata adeo sint grauia, vt licet illis illa condones, tamē merito adhuc priuare possis illos, tuis promissionibus, olim Patriarchis, & eorum primogenitoribus factis tanta est tua erga illos humanitas, vt non solum peccata condones, & in profundum maris projectias, verum & fidem quam præstisti serues. Dabis illis veritatē & misericordiā: quæ iurasti olim patribus nostris te daturum. nihil æque Iudæorum animos cum in captiuitate, & extremis versarentur malis consternabat, quām quod priuandos se esse arbitrarentur, tam ab se expectato Messia, & Deum iam pacta non debere seruare sua, nec teneri promissis stare, sicut superius diximus super illa verba: Et nunc quare moerore contraheris? Vnde prophetæ quoties mala & aduersa vaticinabantur, vt illorū animos à molestia & anxia dubitatione leuarēt, statim de aduentu Melsiae, de prosperitate & felicitate regni eius mentionem ingerunt, & vt maiorem

iorem suis dictis fidem concilient, nam in rebus adeo aduersis vix credi posse videretur tanta fœlicitas, iuramenti exhibiti Patriarchis mentionem ingerunt, vt certam spē missionum habeant: sic dicit Paul. addidisse Deum iuramentum, vt per duas res immobiles, quibus impossibile est metiri Deum, certam habeamus spem: Dabis, inquit propheta, cum tui nullus existat similis, his qui à Iacob & Abraham descendunt, veritatem & misericordiam, cum olim iuramento exhibito te astrinxeris. apponere scriptura solet hēc duo simul, veritatem & misericordiam. Nam si fidem astrinxit suam, & aliquid aliquando promisit, id quidem ex misericordia processit, sed interdum unum prius altero constituitur, interdum subsequitur: sic David dicebat: In veritate tua humiliasti me, fiat misericordia tua vt cōsoletur me: & paulò post: Misericordia tua ante oculos meos est, & complacui in veritate tua: & ali bi, Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: Veritatis autem nomine fides frequenter intelligitur, quam in promissis suis fidelis, qui nunquam mentitur Deus, seruat. Et sic ubi nos legimus, In generatione & genera-

Ad Heb. 6.

Psal. n. 8.

Psal. 25.

Psal. 24.

generationem veritas tua, Hieron. transtulit fides tua. Longum esset huius rei in medium adducere testimonia. Vocē Hebræam ἡρῷον Emeth, interdum per veritatem, interdū per fidem interpres vertunt. Ut cum Deo scriptura fidem tribuit, non quod instar hominis fidem habeat, ea voce veritatem talibus in locis significat, sicut ex Paulo con-

Ad Rom. 3. stat: Nunquid incredulitas illorum fidē Dei euacuauit? absit. Cū itaq; constater hāc erga nos exhibeat, habere fidē, seu potius seruare dicitur, misericordia aut̄ est, qua nostris subuenit miserijs. Dabis igitur veritatem, id est, fidem seruabis tuam cum Iudæis à Iacob de scendentibus, & miserijs filiorum Abrahæ succurres, sicut iurasti patribus olim: ius iurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis. Iurauit Dñs David, & non frustabitur eū: quod alibi ipse David dicebat: Misit Deus misericordiam suā & veritatē suā. & sic ad impletū in suo cātico beatissima virgo canebat: Suscepit Israel puerum suum recordatus misericordiæ suæ. Sicut loquutus est ad patres nostros Abrahā & semini eius in sēcula. Sic etiā Paul. ad Rom. 15. inquit: Dico Christum Iesum ministrum

fuisse

Luc. 1.
Psal. 131.
Psal. 56.

Luc. 1.

fuisse circumcisionis propter veritatē Dei ad confirmandas promissiones patrū. Cum autem prēcipū & maximū quod illis promisit bonū, illud fuisse, se Messiam sanctum suum vnigenitum eius filium missurū, vt illorum subleuaret miseras, & ab innumeris, in quibus genus humanum constitutū erat, malis liberaret. Sic Abraham dixit: In semine tuo benedicentur omnes tribus terræ: *Psal. 131.* & Dauidi: De fructu vētris tui ponam super sedem tuam. Et cum omnis misericordia nō nisi per Christum nobis promissum concedatur, hoc dicere volens propheta, inquit: Dabis veritatem & misericordiam, nō solū, quasi dicat, redditum Iudæis in patriam concedes, sed & peccata condonabis illorū, & Messiam sanctum tuum dabis quem promisiſti daturum, & misericordiam præstabis. nam per illū omnes miseriæ nostræ, nisi per nos steterit, prorsus tollentur.

Lauds Deo.

Genes. 22.

Errata sic corrige.

Fol. 2. fac. 1. lin. 13. lege, et prophetiam esse verbum Dei.
ibid. lin. 20. libuit loca ubi. fo. 6. fac. 1. lin. 14. preditos. fo.
9. fac. 1. lin. 9. habituri. fo. 12. fac. 2. lin. 20. et quare veluti.
fol. 16. fac. 1. lin. 10. effet. fol. 18. fac. 1. lin. 14 super illos. fo. 26.
fac. 2. lin. 5. Dominus precepit. fol. 35. fac. 1. lin. 25. quo Domi-
nus. fo. 40. fa. 1. lin. 16. interpretes. fol. 46. fa. 2. lin. 17. corre-
ctionem. fol. 65. fac. 2. lin. 1. sumam. fol. 68. fac. 2. lin. 6. pane.
fol. 77. fa. 1. lin. 20. coaceruabant. fol. 99. fac. 1. lin. 19. loco an-
tique. fo. 108. fa. 2. li. 18. eas festinantes populos probat. fo. 115.
fa. 2. lin. 1. temporibus Chrysostomi. fo. 121 fa. 2. lin. 25. cap. 9.
fol. 124. fa. 1. lin. 10. dicentes. fol. 126. fac. 2. lin. 22. hadat. fol.
164. fac. 2. lin. 4. fame.